









1631.

1. Matsch, Hieronymus Laurentius: De electione in genere

1638.

2. Fesm, Christophorus: De re venatoria eique ameno
jura.

1644.

3. Haepnerus, Georgius: De sententiis impugnandis
ex querela nullitatis

1645

4. Brunnerus, Georgius Philippus:

1646.

5.1. Grynacus, Samuel: De nobilitate

2. Scheidius, Hygin. Tridencius: De comparatione
literarum

1648.

Storre, Hermannus: De laudemis

1651.

Neubronner, Daniel: De juramento Civis decisionis

1652.

Brunner, Paulus : De ipote

1654.

Lange, Thomas : De iurisdictione donationum

1655

Luffart, Johann Hermann : De actione donationis resu-
cativa propter ingratitudinem ad l. ult. C. de
vove. donat. accommodata

1656.

Brakm, Petrus : De receptis arbitris

1657.

Dreuer, Wolfgang Heinrich : De retentione pignoris
ab pecuniam chirographariam ad rubr. et l. un.
us ad si 1/2 possessione l. etiam et Chron. pec
pign. h. p. p.


1658.

Welters, Johann : De diffamationibus

1689 -

1. Paulsen, Verich; Arena juridica ab arbitris compta
numeris sparsa circumfusa finita

2. Meier, Verich; De locatione conductore.



19. DISPUTATIO INAUGURALIS,
DE
ELECTIONE
IN GENERE.

QVAM,

Divino fretus præsidio,

DECRETO & AUTHORITY
Nobiliss. Ampliss. & Consultissimi Facultatum
Ordinis, in pervetusta & cele-
berrima Rauracorum Uni-
versitate,

Pro summis in UTROQUE JURE honori-
bus, privilegiis & immunitatibus Do-
ctoralibus legitimè conse-
quendis,

Publicè ventilandam proponit

HIERONYMUS LAURENTIUS Motsch
Viennâ-Austrius,

Ad diem Decemb. Anno 1631. horâ locoq; consuetis.



BASILEÆ, Typis JOH. JACOBI GENATHI.



Quod benè vertat *ALTISSIMUS!*

I N T R O D U C T I O
A D M A T E R I A M.

MEMOR illius Ciceronis, 1. Offic. *Permultum interesse, asserentis, utrum perturbatione aliquâ animi, quæ plerunq; brevis est & ad tempus; an consultò & cogitatò quid fiat. Leviora enim esse, quæ repentino motu accidunt; quàm ea, quæ meditata inferuntur.* J. Cui, in l. 5. & 15. ff. de pœn. affirmantis, *Referre, consultò aliquid admittatur, an impetu vel casu.* & Imp. Diocletiani vel Maximiani, in l. 3. C. de repud. dicentis; *Dubium non esse, omnia, quæ cum consilio rectè geruntur, jure meritoq; effectu & firmitate niti.* Nullam doctrinam nobiliorem, aut in Jure versanti cognitu magis necessariam judico, eâ, quæ de actionum nostrarum principiis tractat. Ex hac enim, quid consultò & cogitatò, quid casu vel impetu, quid spontè & ultro, quid ex affectu aut imbecillitate fiat, optimè dignoscere licet. Cùm autem doctrinâ hanc omnium diligētissimè perscrutatus sit Aristoteles, 3. Eth. Nicomach. & quinque species enumeret; Spontaneum, & Invitum, Electionem, Consultationem, & Voluntatem: inter has autem omnes eminere, & ex cæteris conflata videatur **ELECTIO**; ideò hanc eligere, ejus naturam ex Ethicis, tanquam fonte, haurire, & usum in Jure nostro latè patentem, & ad plurimarum difficillimarum legum intellectum pertinentem, Disputationis inauguralis loco, publici juris facere, constitui. Sed miraberis forsan, candide Lector, quòd, non satis ponderatis viribus meis, talem provinciam, à nullo hactenus, quantum quidem ego scire possum, susceptam, in me susceperim! Sed desine mirari; Audaciam hanc me docuit tritum illud Plinii Panegyri. *Ut Felicitatis est, quantum velis, esse; sic Magnitudinis, velle, quantum possis.* Ut igitur in lusu pilæ, alterius est, commodè mittere; alterius, si quid erratum, quàm bellissimè excipere, & arte corrigere: sic & muneris tui erit, me lapsantem sublevare, & si quid minus congruè dictum, in benigniorem partem flectere. Et cùm multa obstiterint, & etiamnum obstant, quò minus ipse mihi in omnibus ex asse satisfacere potuerim: ideò hæc ita scripta volo, ut mihi jus addendi, adimendi, corrigendi & mutandi, maneat integrum & salvum. De illo igitur principio tractaturus, rectè à definitione (teste Cicerone) me exordiri arbitror.

T H. I.

ELECTIO (A) est actus (B) voluntatis, (C) quo deliberatè (D) & liberè, (E) ex duobus vel pluribus (F) mediis (G) possibili-

A 2

bus, (H) ad nos pertinentibus, (I) unum (K)
appetimus. (L)

(A) Vocabulum hoc, primariò & strictè, accipitur pro personæ idoneæ ad dignitatem vel fraternam societatem canonicè factâ vocatione. *Hostiensis in Summ. tit. de Elect. & Electi potest. in pr. Calvin. in Lexic. h. t.* Latè verò, accipitur pro rerum quarumcunq; electione. *l. 2 ff. de eo, quod cert. loc. t. t. ff. de opt. & elect. leg. l. 10. ff. de usufruct. legat. l. 75. 76. §. 8. l. 112. 117. ff. de V. O. l. 10. ff. de jur. dot. l. fin. ff. de mun. & hon. l. 34. §. fin. ff. de contrah. empt. c. in alternativis. de R. F. in 6. l. 5. l. 37. pr. & §. 1. l. 47. §. 3. l. 108. §. 2. l. 109. ff. de legat. 1. l. 67. §. 1. l. 76. §. 8. l. 77. §. 32. ff. de legat. 2. l. 21. §. fin. ff. de negot. gest. l. 26. ff. de noxal. act. & pluribus passim allegatis.* Et hac generali acceptione hoc loco nos utimur.

(B) Electio, in se quidè considerata, est principium actuum: atque ita per Actum propriè definiri non potest. Quod enim actûs est principium, per Actum definiri non potest. *Hornæus lib. 2. Eth. c. 5. n. 4.* Nos tamè, cùm non agamus de Electione in actu primo, sive de potentiâ tantùm eligendi; sed de actu secundo: commodè putamus per actum definiri; tùm, quia ipse Aristoteles, *3. Eth. 3.* per vocabulum Actum exprimens, appetitionem scil. disertè definit: (unde etiam Thomas, *1. q. 13. art. 1.* expressè vocat Actum potentiæ appetitivæ:) tùm, quia Actus est terminus generalis, *l. 19. ff. de V. S. l. cùm actum. ff. de neg. gest. l. cùm servum. in fin. ff. de condit. & demonstr. Deci. ad l. 77. ff. de Reg. jur. in pr.* Eiusmodi autem termino generali hoc loco utendum esse, exinde patet: quia usus Electionis per omnes actiones humanas diffunditur. Sed hoc dubium est, qualis actus sit? Et puto legitimum esse, *arg. d. l. 77. de Reg. jur.* in quâ optionis servi mentio tantùm fit: non quòd cæterarum rerum electio diem aut conditionem recipiat; sed quia servorum magis, quàm aliarum rerum, optio in usu erat; & de hac sæpiùs, quàm de aliarum rerum electione, quærebatur. *Philipp. Matth. ad d. l. 77. n. 50.* Cùm enim actus hic sit effectus potentiæ appetitivæ; quippè qui à potentiâ egreditur, ut statim sortiatur effectû: omninò dies, vel conditio, nomini ipsius actûs, executionique illius, quæ per conditionem suspenditur, repugnabit: *c. in election. X. de elect.* Optio enim

348.
enim & Electio, sunt verba, quæ à facto ipso, executioneque ipsius actûs, nomen & substantiam sumunt, arg. l. apud. 20. ff. de opt. & elect. leg. ut notat Alciat. *περὲς γ. jur. lib. 3. cap. 7, 8.* allegatus à Petro Peckio ad c. actus. de Reg. jur. in 6.

(c) Et si nihil eligimus, nisi præcedente actu aliquo intellectûs: Electio tamen, in se formaliter & completè considerata, non est actus intellectûs; sed voluntatis. Intellectus enim cæcæ voluntati prius tantum ostendit aliquod bonum, & excitat appetitum: volitionem tamen non producit, aut necessitatem infert. Nam sciri aliquid, at non diligere potest; juxta illud Ovidii, 7. *Metamorph.*

————— *Video meliora, probôq;*

Deteriora sequor. —————

Occasione hujus, nascitur illa quæstio; An ergo, cum voluntas non determinetur à judicio intellectûs ad rem volendam, sed à semet-ipsâ, errare possit, nullo præcedente errore intellectûs? Aff. Multi enim peccant ex malitiâ; atque adeò id diligunt, quod malum esse optimè sciunt, & id, quod malum esse judicant, propter voluptatem conjunctam sæpè appetunt, & bonum, propter adhaerentem molestiam, declinant. *Hornæus d. lib. 2. c. 5. n. 14.* Undè etiam delinquere dicitur, quasi linquere, quod sequi debebas. *Donell. 5. comm. 22.* Et illi, qui omisso bono deterius sequuntur, ipsi se pœnæ subdere, l. 34. ff. de jur. Fisc. crimen consensu contrahere, l. 20. ff. de judic. l. 8. ff. de public. & vectig. l. 15. 31. §. fin. ff. de donat. & suâ mente puniri, l. fin. C. ad L. Ful. Majest. dicuntur.

(D) Ut enim bona & recta fiat alicujus rei electio, consultatio & deliberatio necessariò præcedere debet: *Aristot. 3. Ethic. 3.* siquidem omnia rationabilis consilii tenore perpendenda, l. 5. C. de SS. Eccles. juxta monitum *Cic. 1. Offic.* In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est diligens preparatio. Cum enim Eligere nihil sit aliud, quam ex iis, quæ antea contuleris, unum alteri præoptare: non quivis actus erit eligere; sed ille demùm, quem præcessit aliqua comparatio, & certa rerum consideratio: quæ cum non sit in animâ sentiente; sed solummodò intelligente: de brutis minimè prædicari poterit. Quamvis enim videas, bestiam, cum pascitur, hanc præ illâ herbam

pro lubitu decerpere: electio tamen, quæ sine scientiæ & ratio-
nis pondere non procedit, ea propriè non est. *Horn. lib. 3. Eth. c. 4.*
n. 22. & 2. Eth. 5. n. 2. Et in hoc differentia etiã est inter Hominem
& Bruta: quòd, licet bruta hoc etiam agant, in quo homo pec-
care solet; non tamè dicantur peccasse, vel injuriam cõmississe,
Q. arg. l. 1. §. 4. ff. Si quadrup. paup. sec. dic. & ob hoc nec merum Impe-
rium in illâ, quemadmodũ in homines, formaliter exerceri po-
test. *Bach. ad Treutl. vol. 1. disp. 3. th. 5. lit. b.* Quia, quod bestiæ agunt,
non possunt non-agere. Ita enim in rem feruntur, ut actum sus-
pendere nequeant. At homo, quia potuit liberè agere, & non-
peccare; ideò meritò punitur: ne ad maleficia vicissim temerè
profiliat. *l. 14. C. de pœn. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 13. ff. de off. pres. l. fin. C.*
Q. ad L. Jul. Majest. De homine quæritur; An ullâ dispensatione
effici queat, ut eligere possit contra conscientiam propriè di-
ctam; & tamen non peccet? Negatur. Sicut enim, quamdiũ
manet præceptum, peccat, qui contra illud agit: ita etiam,
quamdiũ manet conscientia, contradictio in adjecto est, agere
contra illam, & non-peccare. *Horn. lib. 3. Eth. cap. 4. n. 3. in fin.* Ob
Q. quam causam, meritò potestas dispensandi, in Jure divino vel
civili prohibitis, Papæ denegatur, *arg. Levit. c. 1. v. 10. Treutl. vol. 2.*
disp. 6. th. 2. lit. g. Schneidvv. ad tit. Instit. tit. de gradib. n. 22.

(E) Explicatur infrà *thes. 8. lit. E.*

(F) Electioni enim locus esse non potest, ubi unum tantum
est in obligatione, vel optio ad unam tantum rem est directa:
quia Eligere est ex pluribus votis legere, h. e. colligere, quid
melius & utilius sit. Hoc autem non potest locum habere, nisi
inter plures, aut ad minimum inter duas res. *Hostiens. in Summa*
tit. de Elect. & Electi potest.

(G) Electio enim mediorum potiùs est, quàm finis. Illud e-
nim solùm sub electionem cadit, quod in consultatione con-
clusum est, *arg. eorum, quæ dicta suprà lit. D.* Finis autem, in Syl-
logismis practicis, conclusio non est; sed principium: ut docet
ex Aristotele 7. Ethic. c. 8. Hornæus d. lib. 3. c. 4. Et in hoc Electio dif-
fert à Voluntate: quia hæc præcipuè respicit finem actionis;
electio autem respicit media, per quæ existimamus nos posse
finem consequi. *Aristot. 3. Ethic. c. 2.*

(H) Impossibilium enim nulla est obligatio. *l. 185. de Reg. jur.*
c. ne.

390

c. nemo. 6. de Reg. jur. in 6. Nam Eligere est rem agere voluntate completâ, & ut, quæ opravimus, consequamur. *l. 1. C. de suffrag.* Stultissimus igitur esset, qui vellet agere, quod scit fieri non posse: aut ejus, procul dubio, in hujusmodi actibus, talis cogitatio esset, ut nihil agi existimaret; nec seriò quidquam agere, sed magis joculari & ludere voluisse, videretur. *l. 31. ff. de O. & A.* Ubicumq; enim actus est contra naturam, vel legem, quæ naturam imitatur: §. 2. *Instit. de adopt.* ibi arguitur mens agentium, volentium actum elusorium facere. *l. an inutilis. 8. ff. de acceptilationib. l. cum hæres. ff. de statu lib.* Quia quilibet præsumitur velle voluntatem accommodare secundum leges, *l. 54. §. 1. ff. locat. honestaque & utilia eligere. l. 52. ff. pro socio.* Deindè, cum omnis electio sit propter finem: ex quo finis est impossibilis, reputatur etiam impossibile principium & medium. *l. 1. C. de suffrag. Bald. in l. non dubium. C. de legib. Pet. Peck. ad c. nemo. 6. de Reg. jur. in 6.* Cum autem impossibile quid dicatur quatuor modis; Naturâ, Lege, Perplexitate, Facto: ut recenset & explicat *Peckius d. loc. Gothofred. ad l. 31. ff. de V. O.* quæritur, I. An in omnibus jamdicta locum sibi vendicent? De quâ questione quid dicendum, in conflictu videbimus. Quæritur II. An ejusmodi electio, quæ impossibilem & directò turpem causam continet, sit ipso jure nulla; an exceptione infirmetur? Affirm. prius. Quia omnia, quæ contra bonos mores fiunt, ab initio nullius sunt momenti, & non valent. *l. 123. ff. de V. O. l. 26. 27. ff. de V. O. l. 7. §. 16. ff. de pact. §. 23. Instit. de inutil. stipul. l. 4. C. eod.* Adde, quòd malitiis hominum obviam est eundum; *l. cum fundo. de Rei vindic.* ne materia delinquendi tribuatur: *l. convenire. ff. de pact. dotal.* qui, si ex turpi electione se obligatos sentirent, promptiores essent ad scelera exequenda. *Pet. Peck. d. loc. add. Bach. ad Treutl. disput. 22. th. 3. lit. a. Pac. cent. 2. c. 17. q. 4. Clariss. Dn. Ludvvell, Præceptorem & Fautorem meum summè honorandum, in Colleg. suo Institutionum, disput. 12. thes. 3. lit. d.*

(1) Electio enim est tantum earum rerum, quæ ad nos pertinent, & putantur per nos fieri posse. Velle quidem possumus, ut hoc vel illo pacto fiat, quæ alii faciunt: eligere autem non possumus. *Aristoteles 3. Eth. 2.* Quæcunq; enim gerimus, cum ex nostro contractu originem trahunt; nisi ex nostrâ personâ ob-

liga-

ligationis initium sumant, inanem nostrum actum efficiunt:
Q. l. 11. ff. de O. & A. & ideò, quemadmodum alteri stipulari aut ac-
quirere non possumus; ita nec eligere. §. 4. de inutil. stipul. l. 1. C. per
quas person. nob. acquir. Ideò enim inventæ sunt obligationes, ut
quisque acquirat & faciat, quod suâ interest. Ut autem alii hoc
vel illud detur, nostrâ nihil interest: arg. l. 38. §. 17. ff. de V. O. §. 18. In-
stit. de inutil. stipul. Bach. ad Treutl. vol. 1. disput. 6. th. 6. lit. e. & vol. 2. disp.
27. thes. 2. lit. d. per tot. Quæritur; An etiam de jure Canonico hoc
procedat? Affirm. Quia illo jure etiam regula illa obrinet;
TUA NON INTEREST. Adde, quòd discrimen inter jus Ci-
 vile & Canonicum inducendum non sit, nisi expressum fuerit:
arg. c. 1. X. de nov. oper. nunc. & Fachin. 3. controvers. 19. Clariss. Ludvvell
d. disput. 12. th. 2. lit. d.

(K) Nonnunquam etiam numero plura: E. G. Cùm servo-
 rum electio data est, tres ad summum eligere licet. *l. 1. ff. de opt. &*
elect. leg.

(L) vel fugimus. Considerandum enim est, omnem appe-
 titum, præferim in cognitione præditis, duo involvere; perse-
 qui quidpiam, vel fugere. Quemadmodum voluntas latè ac-
 cepta, tam VELLE, quàm NOLLE, complectitur. *Clariss. Dn. M.*
Danhauer, fautor meus honorandus, in auctuar. quest. moral. ad que-
stiones politicas Melch. Junii, quest. 7. §. 15.

II.

Dividi electio (crassâ Minervâ) (A) po-
 test à causâ Efficiente, (B) in expressam (C)
 & tacitam. (D) A' Formâ, in planè-liberâ (E)
 & restrictam. (F) Ab Objecto, in Persona-
 rum, Rerum, & Actionum. (G) A' Fine & Ef-
 fectu, in Bonam & Malam. (H)

(A) Accuratam enim divisionem, propter diversas ejus spe-
 cies & causas, proponere, difficile est.

(B) respectu scil. constituentis. Potest quidem respectu eli-
 gentis ita etiam dividi; sed hæc divisio potiùs à Formâ desum-
 pra

pta fuerit: ut scilicet expressa sit, quæ per se clarè patet, ex verbis maximè ad eam intelligendam apertis, vel ore, vel literis, aut per similem expressam animi notam, quâ hanc vel illam rem se electurum apertè quis profiteretur. *l. 20. ff. de opt. leg. l. 112. & 115. ff. de V. O.* Tacita autem dicitur electio, quæ per se clarè non patet: facta tamen, per rationem intellectûs, sive præsumptionem ex facto aut actu aliquo, elicitur. *l. 20. ff. de acquir. hered. l. 24. ff. de vulgari & pupill. substit. §. fin. Instit. de hered. qualit. & differentiâ. l. 26. ff. de probat. l. pen. pr. C. de necessar. hered.* Sed quid dicendum, si quis protestetur, se non animo eligendi hoc vel illud agere? Et puto, quòd conseruet protestatio illa jus eligendi: *arg. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. solv. d. l. 20. ff. de acquir. hered. l. 14. §. 8. ff. de relig. & sumpt. funer. Fachin. 6. controu. 45.*

(c) ut cum expressè alicui electio concessa est. *§. 23. Instit. de legat. l. 12. l. 19. l. 20. l. 21. ff. de opt. & elect. legat. l. 75. §. 8. l. 76. l. 93. ff. de V. O.*

(d) quæ ex præsumptâ voluntate colligitur. *l. un. §. 1. C. de rei ux. actione. l. 1. C. comm. de legat.* Illud notandû, tacitam electionem dici æquivocè: ut nimirum electio, ita propriè dicta, semper constituatur expressè, vel à lege, vel ab homine; illo autem casu dicatur tacita, quia conventio hominis non accedit. Dum enim nihil specialiter exprimitur, cuius sit electio; tacitè illi relinqui censetur, cui de jure expresso competit. Quemadmodum in successione legitimâ: quæ immediatè quidem à lege; *l. 1. ff. de suis & legit. hered. l. 2. §. fin. ff. unde legit.* tamen à voluntate defuncti tacitè dependere reputatur: quòd is suâ sponte hæreditatem legitimis credatur relinquere, *l. 8. §. 1. ff. de jur. Codicill. eo ipso, dum non adimit. l. 1. §. 6. ff. de legat. 3. Donell. 7. comm. 16. Clariss. Dn. Ludvvell disput. 10. thes. 1. lit. c.* Illa enim dicuntur tacitè inesse, quæ verbis apertis non exprimuntur; sed tacitè per legis dispositionem intelliguntur, ut in alternativis electionibus. *l. plerumq. 10. §. fin. de jure dot. l. 2. §. 1. ff. de eo, quod cert. loc. ibiq. Jafon.*

(e) quæ nihil aliud est, quàm suffragatio in quamcunque rem congruam fini præstituto. Quâ libertate usi sunt olim Poloni, in eligendo ad Magistratum Piaſto, agriculturæ operis occupato; & etiamnum utuntur: & olim Carthaginenses: *Aristoteles 2. Polit. 11.* itemq; Romani, qui Cincinnatum, Dictatorem creatum, ab aratro trahebât in urbem. *Liv. lib. 3. Schönborn. 2. Pol. 2.*

B

(F) quæ certis circumdata est limitibus, & certis inclusa terminis. Eaque spectat certas & determinatas, vel Personas, vel Res, vel Leges. Sicut in electione Personarum illud est; ut nullus alius ad Magistratum, quam ex hac vel illâ gente, aut familiâ, eligatur. *Schönborn. d. loc.* In electione Rerum, si genus legatum, electio ista est his terminis inclusa, ut non optima res, sed mediocris tantum, eligi possit: *l. 37. de legat. 1. Bronchorst cent. 3. assert. 49. Pac. cent. 6. q. 16. Arum. exercit. 9. th. 10.* in legato verò optionis, propter expressè concessam electionem, optimam rem quidem eligere licet; *arg. l. 9. ff. de dolo. Cujac. 23. obs. 14. Clariss. Ludvvell disput. 9. th. 4. lit. e.* attamen non ex alienis, sed ex rebus hæreditariis tantum. *l. 2. §. 4. ff. de elect. legat.* Sic etiâ eligentes habent certas leges, & formam, secundum quam eligere debent: *de quâ infra thes. 8. & hac thes. lit. H.* & hæc restricta electio frequentior est in jure nostro, quam illa vaga. Leges enim dant formam negotiis, earumque imperio voluntas vaga coercetur: & facultas ista, pro arbitrio disponendi, certis ex causis restringitur. *l. 7. l. 9. C. de LL. l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar. arg. §. 1. Inst. de jur. person. §. 11. Instit. de rer. div. l. legis. ff. de LL.* Tyrannica enim, non justa libertas est, quæ cum matre Neronis ita loquitur; **SI LIBET, LICET.** Justa illa, quæ sic è contrario; **SI LICET, LIBET.** *Anton. Fab. in Jurispr. Papinian. tit. de justit. & jur. pr. 2. Clariss. Ludvvell disput. 1. thes. 16. lit. e.*

(G) per dicta infra th. 4. & tribus seqq.

(H) ut, si eligimus ea, quæ sunt bona, justa, recta: vel contraria. Et propter illam dicimur boni, justi; propter hanc mali, & injusti: *Aristoteles 3. Eth. c. 2.* immò planè stulti: *arg. §. 1. Instit. de eo, quod certo loc. Ut autem bona fiat electio, sequentes regulæ ut plurimum observandæ. I. E' duobus malis minus eligendum. l. quoties. 200. ff. de Reg. jur. l. 9. si procurator. ff. de except. dol. mal. ibiq; Gloss. alleg. c. 1. 13. dist. in pr. c. 2. ead. dist. c. non solum. 33. q. 4. Decius ad d. l. 200. Peck. ad c. in obscuris. 30. de Reg. jur. in 6. num. 6. Clariss. Dn. M. Danbauer in auct. quæst. moral. quæst. 5. §. 49. II. In rebus perplexis media via eligenda. §. fin. Instit. qui & à quib. caus. manumitt. §. cum ex aliena. 25. ff. de rer. divis. l. filio. ff. ut legat. nom. cav. III. In dubiis & obscuris benigniora præferenda. l. 56. 155. §. fin. l. 168. l. 192. §. 1. ff. de Reg. jur. l. benignius. ff. de LL. c. 30. de Reg. jur. in 6. IV. Non sunt*

351.
sunt eligenda & facienda mala, ut inde eveniāt bona: ad Rom. 3.
V. Præponenda causa existimationis. l. 104. ff. de Reg. jur. l. cum ex.
97. ff. de solut. l. 26. ff. si quis omis. cau. testam. l. 11. §. 3. ff. ad L. Ful. de adult.
l. 5. C. de postul. VI. Qui indignior est inferiore ordine, indi-
gnior est superiore. l. 4. ff. de Senator. l. 5. in fin. ff. de serv. exportand.
& similes.

III.

Quo ad causam Efficientem, discernen-
da est Electio, & jus Electionis. (A) Hujus
causa Efficiens, est cōstitutio Electionis: (B)
illius, consensus & libera voluntas. (C) (A)

(B) quæ fit vel à Lege; ~~vel~~ Consuetudine, quæ vicem Le-
gis obtinet. l. de quibus. l. diuturna. ff. de LL. c. consuetudo. dist. 1. Ut, de
jure, & antiquâ consuetudine, pertinet jus & potestas eligendi
Imperatorem, ad Germaniæ Principes; c. venerabilem. 34. de Ele-
ction. & Elect. potest. & in specie ad septem Sereniss. Imperii Ele-
ctores. A. B. tit. 1. & 2. Reichs Abschied de Anno 1566. Reinkingk de reg.
sec. lib. 1. class. 3. c. 3. n. 3. Romani Pontificis electio tribuitur Cardi-
nalibus. c. licet. c. ubi periculum. de elect. & elect. pot. Archiepiscopi,
Episcopi, Prælati, &c. Capitularibus, potissimum Ecclesiæ ca-
thedralis, aliisve, quibus hoc jus legitimo modo, consuetudi-
ne, &c. est quæsitum. c. cum dilectus. de consuet. c. cum dilectus. de elect.
& elect. pot. & similes. Hostiens. in summ. d. tit. §. quis potest eligere. Re-
rum electio regulariter à lege defertur debitori, per tradita infra
thes. 6. lit. i.

vel ab Homine: eoq; vel PUBLICO; ut Magistratu, ad-
judicatione. c. cum dilectus. de consuetud. l. fin. de pact. dotal. Zas. 2. re-
spons. alleg. ad l. 76. à Gorhoff. pr. ff. de V. O. Quandocunque enim ele-
ctio in controversiâ est; tunc pro eâ adeundus est Judex, vel su-
perior. l. 1. C. de nupt. ibiq; Sichard. Vel PRIVATO, in ultimâ vo-
luntate. t. r. de opt. vel elect. leg. §. 22. 23. Instit. de legat. Vel inter vi-
vos, pactis, contractibus scil. in continenti adjectis. Ejusmodi
enim pacta contractibus, ràm bonæ fidei, quàm stricti juris, ^{Q.}
inesse censentur, l. 7. ff. de pact. Costal. ad l. 40. ff. si cert. pet. Fachin. 2.
controv. 98. Philipp. Matth. ad l. 77. de Reg. jur. n. 41. & stipulationi-

Aliorsum em-
tendunt et su-
versa.



bus: arg. §. fin. Instit. de servit. præd. l. 75. §. 8. l. 76. l. 93. ff. de V. O. Quæ-
ritur, An non etiam præscriptione acquiratur jus eligendi?
Affirm. cum Sichard. ad l. 2. si aquam. C. de servit. & aq.

(c) Consensus enim & Voluntas ita electioni sunt conjun-
cta; ut sine his nunquam esse possit. Quod rectè fit, inquit Cic. in
Offic. ita justum est; si etiam, voluntarium. Et Seneca in Epist. Actio
recta non est, nisi recta fuerit Voluntas: quæ est regina omnium
nostrarum actionum. arg. l. 9. C. de donat. ante nupt. l. 55. ff. de O. & A.
l. 1. ff. de pact. l. 16. C. de jur. deliber. l. 5. C. de O. & A. l. 11. C. de contr. empt.
Qui igitur consentire & velle non possunt, nec possunt eligere.
Libertas enim & electio, in actu secundo, non competit omni-
bus hominibus; sed solum adultis, & rem intelligentibus.
Furiosi igitur & Infantes, (h. e. qui minores sunt 7. annis, l. 14. ff.
de sponsal. l. si infanti. C. de jur. deliber.) quia nec scire, nec sentire, nec
discernere actiones suas possunt; nullatenus ad electionem ad-
mittuntur: c. 32. ex eo. de elect. & elect. pot. in §. l. 9. ff. de acquir. hered.
l. 26. ff. de jurejur. l. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 8. 9. Inst. de inut. stipul. &
cum nullum intellectum habeant, d. §. 8. & 9. & §. 18. Inst. de oblig.
quæ ex delict. nasc. l. quia certam. ff. locat. l. 47. ff. de acquir. vel omitt. hæ-
red. l. 60. ff. de R. V. l. 40. l. 124. ff. de Reg. jur. l. 2. §. pen. ff. de jur. Codicill. nec
Q. autoritate tutoris eligere propriè possunt; sed per tutorem tan-
tum: arg. l. 18. C. de jure del. l. 1. §. 20. l. 1. §. 3. l. 32. §. 1. ff. de acquir. poss. l. 5. de
Reg. jur. §. 9. Instit. de inut. stipul. add. Philipp. Matth. ad l. 5. n. 9. Bach. ad
Treutl. disput. 21. volum. 2. thes. 3. lit. a. Decius & Bronchorst ad d. l. 5. Et
hæc, quæ de furiosis dicta, procedunt, si perpetuo furore labo-
rent. Nam si dilucida intervalla habeant; tempore intermis-
sionis rectè eligere possunt: arg. §. 1. Instit. de testam. l. 9. C. eod. Illa
etiam, quæ ante furorem elegerunt, superveniens furor non fa-
cit irrita. l. 8. §. 2. de opt. & elect. leg. l. 8. ff. de spons. l. fin. ff. de injusto rupt.
irrit. testam. quia ea, quæ facti sunt, (ut furor) non possunt ea in-
firmare, quæ sunt juris: arg. l. 8. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. Cla-
riß. Dn. Ludvvell disput. 7. thes. 5. lit. b. Quod si verò electio à furioso,
qui dilucida intervalla habet, ritè & rectè facta sit; in dubio
tempore intermissionis, facta præsumi debet. Quia ex quali-
tate actûs præsumitur factum, quando erat sanæ mentis: arg.
l. 24. l. 46. ff. de O. & A. l. 24. ff. de reb. dub. l. 67. ff. de Reg. jur. l. 80. ff. de V. O.
Dec. ad d. l. 67. ff. de Reg. jur. Treutl. disput. 10. thes. 3. lit. c. vol. 2. & Clariß.
Lud-

352

Ludvvell d. loc. Et quod de furioso dictum; etiam de mente-capto intelligendum. Cum, quod furioso in rebus gerendis denegatur, non aliã de causã denegetur, quã quod mente careat: ut est in §. *prætereà. Instit. quib. non est permis. fac. testam. §. 4. Inst. de curat. Philipp. Matthæi ad l. 40. n. 2.* Quid de Pupillo & Minore dicendum? PUPILLUS, quamvis intellectum habeat, & naturaliter consentire possit; §. 9. *Instit. de inutil. stipul. §. pen. Instit. de obl. quæ ex delict. l. 23. ff. de furt. l. 111. ff. de Reg. jur.* at quia ille consensus est imbecillior, quã ut sine alterius consilio & autoritate tueri se, suaque administrare queat: §. 1. *Inst. de tutor. l. fin. ff. de manumiss. vindict. l. 1. C. de fals. monet.* idcirco, ex naturali dictamine, ejus defectus per tutorem suppletur: *arg. d. l. 5. de Reg. jur. l. 32. ff. de acquir. poss. cujus autoritatem, ubi necessaria est, semper adhibeat. §. impuberis. pen. Instit. de Attil. tut. §. 9. Instit. de inutil. stipul. pr. tit. Instit. de auth. tut. Clariss. Dn. Ungepaup exercit. 10. quæst. 3.* In electione autem opus illã esse, exinde patet: quod, etsi eligendo aliquid accipere, & per hoc conditionem suam meliorem reddere videatur: tamen, cum alterum, quod in obligatione est, amittat, *arg. eorum, quæ habentur infra thes. pen. lit. B. eligere non potest: arg. l. 9. ff. de legat. 1.* Pupillo enim nullius rei alienatio, sine autoritate tutoris, permessa est. §. 2. *Instit. in quibus alienare licet. pr. Instit. de auth. tut.* Hinc etiam pupillo solutio, quia & ipsa species alienationis est, sine autoritate tutoris, à creditore fieri non potest. *l. 15. l. 22. ff. de solut. l. 25. C. de administr. tutor.* Nec licet ei hæreditatem, & bonorum possessionem, quamvis lucrosa sit, nec ullum damnum habeat, absque autoritate tutoris adire, vel petere. §. 1. *Instit. de authorit. tut. l. 9. §. 3. ff. eod. Clariss. Dn. Ludvvell disput. 3. th. 7. lit. e.* MINOR, cum habeat liberum arbitrium, accipiendi tutorem, vel non; §. 2. *Instit. de curat. l. 13. §. fin. ff. de tutor. Gerhard. in Colleg. Instit. dec. 3. q. 3.* posteaquam semel acceperit tutorem, ex naturã electionis eum rejicere amplius non potest; sed per hunc liberæ rerum suarum administrationi quasi renunciavit: *per dicta infra thes. 9. lit. B. aded, ut ab ipsis intentionis exordiis, ei, quamvis benè rem gerenti, administratio committi non debeat. l. 2. §. 1. ff. de minor. l. 3. C. de restitut. in integr.* Qui verò absque curatore vivere maluit, omninò rerum suarum liberam administrationem, & per consequens jus eligendi, habet. *l. 34.*

*ff. de O. & A. Valent. Riem. illustr. quæst. dec. 3. q. 9. Giphon. ad l. 3. C. de re-
stitut. in integr.* Et hæc quidem in privatis negotiis, ubi minus
 Q. dubii est, obtinent. Sed in causis publicis dubitatur, I. An
 minor 25. annis, curatorem non habens, in consilio, in consti-
 tutione Syndici, in electione Magistratûs, &c. vocem habeat?
 Neg. de jure Civili, per l. 6. ff. de decur. l. 8. ff. de mun. & hon. l. 1. §. fin.
 ff. de off. cons. l. 1. pr. ff. de min. 25. ann. Affirm. de jure Canonico, tùm à
 contrario, cap. ex eo. 32. de electione & elect. pot. tùm per expressum
 text. in c. indecorum. de elect. & elect. pot. Bart. & Jason ad l. de pupillo. 5.
 Q. ff. de novi oper. nunc. II. Quæritur, An minor, curatorem ha-
 bens, consensu ejus hoc casu eligere possit? Neg. Quia autho-
 ritas tutoris, & curatoris, non supplet defectum in publicis. l. 5.
 ff. de oper. nov. nunc. Quæ enim ex administratione non sunt, non
 spectant ad curatorem. l. fin. ff. de curat. furios. l. 13. ff. de manumiss. Ja-
 son ad d. l. 5. ff. de nov. oper. nunc.

IV.

Objectum Electionis, sunt actiones Ci-
 viles, (A) liberæ. (B) In specie verò confide-
 rata, quatenus Objecto suo pro fine obti-
 nendo applicatur Electio, est vel Personarū,
 vel Rerum, vel Actionum. (C)

(A) In actionibus spiritualibus, & ad animæ salutem perti-
 nentibus, longè aliter se res habet. In illis enim homine lapsō
 Q. nullum est liberum arbitrium, nulla naturalis facultas. Quic-
 quid enim intellectus, in statu lapsæ Naturæ, non cognoscit; id
 voluntas neque appetit, neque eligit. Rem enim ignotam a-
 mare prorsus nullus potest. *Augustin. lib. 10. de Trinit. cap. 1.* Sed in
 statu lapsæ Naturæ, animalis homo non percipit ea, quæ sunt
 Spiritûs DEI. Stultitia enim est illi; & non potest intelligere.
*1. Corinth. 2. v. 14. 2. Corinth. 3. v. 5. Ephes. 4. v. 4. & 18. Rom. 3. v. 12. Rever.
& Clariss. D. D. Gerhardus, fautor & præceptor meus plurimum obser-
vandum, in disput. suis Anti-Bellar. disp. 18. controv. 4. Clariss. D. M. Dan-
hauer in d. lib. quæst. 10. §. 67. Horneus 2. Eth. 5.*

(B) Ubi enim libertas nulla, ibi nec electio. Hæc enim se
 mu-

353

mutuò ponunt, & tollunt. Observandum autem, Ethicos Libertatem dupliciter considerare. Uno modo: cum, posito uno objecto, circa illud possumus agere, vel non agere. Altero: cum, è duobus Objectis contrariis, unum præ altero eligimus. Priorem, vocant libertatem *contradictionis*, seu quæ est in exercitio ipsius actûs: posteriorem, libertatem *contrarietatis*, seu quæ speciem vel (ut vocant) specificationem actûs concernit. *Clariss. D. M. Danb. d. quest. 10. §. 67. Hornæus 2. Eth. 5. n. 6.* Hæc distinctio, non quo ad Verba, sed quo ad Rem, in Jure nostro continetur. Et illius exempla sunt: quòd, ut libera potestas est unicuique habendi, vel non habendi, contractum; *l. 5. C. de O. & A.* ita nec emere, vel vendere, nec donatum assequi, nec hæreditatem adire, nec bonorum possessionem agnoscere, quisquam compellitur, *l. 16. C. de jur. deliber. l. 6. 85. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. 3. §. 3. ff. de bonor. possess. l. fin. C. Unde legit. ne quidem à Principe. l. 19. de rei vindic. l. 11. de Reg. jur. l. 11. & 13. C. de contrah. empt.* Videtur enim injuria, quæ inani honestatis colore velatur; ut homines de rebus aliquid facere cogantur invitati. *l. 14. C. de contrah. empt. Clariss. Dn. Ludvvell disput. 13. th. 2. lit. b. Treutler. disp. 28. th. 3. lit. c. add. Gail. 2. obs. 56. Bronchorst centur. 2. a. §. 63. Schneidvv. ad §. fin. Inst. de contrah. empt. n. 6.* Sic liberum est unicuique, testamentum condere; legata relinquere, vel non relinquere. *l. 1. ff. qui testam. fac. poss. princ. Inst. de Testam. l. 1. §. 6. ff. de legat. 3. l. 1. C. de SS. Eccles.* Et econtrà legatarii etiam liberum arbitrium habent, legatum vel partem accrescentem acquirere, vel omittere: *§. 9. Inst. de legat. l. unic. §. 10. C. de caduc. tollend. l. 69. de Reg. jur.* & plura exempla passim in Jure nostro occurrunt. Libertatis verò contrarietatis exempla sunt in *thesibus tribus seqq.* ubi hanc personam, rem, vel actionem, præ alterâ eligere possumus. Et de hac, cum propriè propositione Objecti & directione contineatur, & consultatione perficiatur, ut demonstrat *Hornæus 2. Eth. 3. n. 6. & 2. Eth. 4. n. 4. & 10.* hoc loco nos agimus: & Jctis nostris illa nihil aliud esse videtur, quàm quod Canonistæ, & Interpretes nostri, alternationem sive alternativum vocant: ut patet ex *l. 34. §. penult. l. 47. §. 3. l. 75. §. 3. l. 82. §. fin. l. 84. §. 9. & 11. l. 94. §. 2. l. 119. §. 1. ff. de legat. 1. l. 8. §. 1. l. 11. 15. l. 16. l. 19. l. 23. l. 27. l. 43. §. fin. ff. de legat. 2. l. 5. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 34. pr. & §. 1. ff. de O. & A. l. 45. l. 48. ff. pro socio. l. 2. §. 2. 4. 5. ff. de privat. delict. l. 2. §. Quod si. ff.*

Q.

fi. ff. de tut. & rat. distrah. l. 43. ff. locati. l. 25. de legat. 3. l. 2. ff. de eo, quod certo loco. l. 25. de constit. pecun. l. 27. ff. Quando dies legat. ced. l. 34. ff. de contrah. empr. l. 105. l. 109. l. 112. l. 118. §. fin. l. 129. ff. de V. O. Gædd. ad l. 28. §. 1. de V. S. Zas. Schneidvv. Fas. ad §. Huic autem. Inst. de action.

(C) Electio, cum sit de multis, l. 2. ff. de eo, quod certo loco. l. 10. ff. de usufruct. & usu leg. l. 9. §. 1. de tributor. act. & pluribus supra th. 1. lit. a. allegatis, merito ad hæc tria revocatur: arg. §. 12. Inst. de Jur. N. G. & Civ. l. 1. ff. de stat. homin. In plerisque enim Juris partibus, sive articulis, hæc tria considerata veniunt; Personæ, Res, & Actiones. Duaren. lib. 1. disput. c. 55. Unde etiam Giphani. divina videtur hæc divisio: quia in artem revocat totum Jus Romanum. ad §. Omne autem. Instit. de Jur. N. G. & Civ.

V.

Personarum (A) electio est vel Ecclesiasticarum, (B) ad beneficia (C) vacantia (D) canonicè; (E) vel Secularium, (F) ad honorem, (G) vel munera (H) legitimè facta vocatio.

(A) PERSONÆ vocabulum, aliàs qualitatem & statum, sive conditionem Hominis, significat: Valla 6. Elegant. cap. 35. hinc verò ipsum Hominem significare videtur: argum. §. final. Instit. de Jur. N. G. & Civ. junct. l. 2. ff. de stat. hom. pr. Inst. de his, qui sunt sui vel alien. jur. §. 1. & 11. Inst. de nupt. l. 22. pr. ff. de R. J. Clariss. Dn. Ludvvell in Colleg. Instit. disp. 1. th. 15. lit. b.

(B) Multi & varii sunt modi, perveniendi ad beneficii Ecclesiastici adeptionem: videlicet Electio, Confirmatio, Postulatio, Papæ Provisio, Nominatio, Collatio, Præsentatio, Admissio, Institutio, Investitura: Pet. Peck. ad c. 1. de R. J. in 6. de quarum differentiâ ibid. n. 12. & seqq. & Pet. Greg. Tholosan. in syntagm. Jur. univers. lib. 17. cap. 12. sed inter hos omnes præcipuus, est Electio; ad quam cæteri etiam suo modo referri possunt. Greg. Tholosan. d. loc. n. 17. & 27. Quæritur; An etiam in rebus Ecclesiasticis sit successio? Neg. c. accepimus. X. de pact.

(C) quarum variæ existunt species. Quædam administra-
tio-

tionem & dignitatem habent; quædam non. Hujus generis sunt, Canonicatus, Capellaria, Altaria: illius sunt, Papatus, Patriarchalis, Archiepiscopalis, Episcopalis, Abbatialis, &c. dignitas. *Petr. Peck. ad d. c. 1. de R. J. in 6. Reinkingk de Regim. Secul. & Ecclesiast. class. 9. lib. 1. cap. 9.* Quæritur; An in his omnibus, etiam minimis præbendis, electio locum habeat? *Aff. per c. cum Ecclesia. de præbend. c. dilecto. de concessione præbend. Hostiens. in Summâ tit. de Elect. & Elect. potest. §. In quibus. Pet. Peck. in d. c. 1. n. 10.*

(D) Electio enim regulariter fieri debet, Ecclesiâ viduatâ, five Sede vacante: *c. ut circa. c. quam sit. c. cupiens. de election. c. cum furem. 7. q. 1. c. 2. & 3. de concess. præb. c. avaritia. eod. in 6.* ad evitandas ambitiones, & habendi impias cupiditates, votumque improbatum mortis captandæ, si de viventis bonis fieret institutio. *Gregor. Tholos. d. c. 12. n. 2.* Quemadmodum etiam jure Civili exosa sunt pacta de futurâ successione. *l. si de pactis. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stipul. l. 30. C. de pact. Treutl. vol. 1. disput. 6. th. 8. & pulchrè Gregor. Tholos. lib. 41. syntagm. c. 3. 4.*

(E) Nullum enim beneficium potest licitè, sine institutione canonicâ, obtineri. *c. 1. de Reg. jur. in 6. c. 1. de elect. & elect. pot.* Canonica verò Institutio dicitur, quæ secundum Canones facta, & à Canonibus approbata & confirmata est. *c. causa. de rescript. l. legitimè. ff. de pact.* Vocabulum autem INSTITUTIONIS in *d. c. 1. de Reg. jur. in 6.* largo modo sumendum; ut & electionem, & omnes suprâ-dictos modos, comprehendat. *Petr. Peck. ad d. c. 1. n. 24.* Et olim quidem electio, secundum Canones, sorte fieri poterat: *c. fin. de sortileg.* hodiè verò, non nisi per viam scrutinii aut compromissi, aut inspirationem. *c. quia propter. 24. de electione & elect. pot.* Quorum tamen duo posteriores modi non ita amplius videntur usitati; præsertim in minoribus beneficiis, ubi istæ solennitates ad unguem servandæ non sunt: sed sufficit, majorem partem & sanioerem eorum, qui eligere debent, consensisse in electum. *Gregor. Tholos. d. c. n. 21.* Quæritur, An electio non-canonice facta, per subsequentem absolutionem aut dispensationem convalescat? *Neg.* Non firmatur enim ex postfacto, quod ab initio nullum fuit. *c. non confirmatur. de Reg. jur. in 6.* Quod enim non est, firmari non potest. Non-entis nullæ sunt qualitates. *l. 41. ff. de reb. cred. & tot. tit. de confirm. tut. Pet. Peck. d. loc.*

C

n. 28. Hostiens. in summ. tit. de elect. & elect. pot. §. Qui eligitur. vers. Item sciendum. Cod. Fabrian. de SS. Eccles. de fin. 68. Si autem canonicè facta fuerit electio, necessariò sequitur confirmatio. c. postquam. de elect. & elect. pot. Nam qui ad aliquam dignitatem electus est, non statim plenum jus dicitur consecutus; nisi electionis confirmationem à superiore impetraverit. c. transmissam. c. nihil est. de elect. & elect. pot. c. cum jam dudum. de prab. Electio enim tribuit tantum jus ad Rem; non in Re: quamdiu, re integrâ, confirmatio subsequi utiliter potest. Cod. Fabrian. de SS. Eccles. de fin. 20. & 68. Plura de hac materiâ videri possunt apud Matth. Steph. de jurisdict. Imper. lib. 1. c. 9. 10. 11. 12. Laurent. Obhemium tr. de jure Episcop. Johan. Bertach. tractat. sing. de Episcop. Hostiens. in summ. tit. de elect. & elect. pot.

(F) Duo sunt modi, legitimè & ordinariè perveniendi ad Imperia & Regna; Arum. ad A. B. disc. 2. thes. 1. Electio & Successio. Ultra autem ex his compendiosior, & Reipubl. utilior sit, mirè digladiantur Dd.? Nos pro Electione pugnare conabimur cum Arnis. 1. Polit. c. 9. & lib. 2. Polit. relect. c. 2. sect. 4. Schönb. 2. Polit. 1. Besold. in prodrom. tract. de reg. success. Rümelin ad A. B. part. 1. disc. 3. th. 1. quamvis latè contrarium defendat Contz. in Polit. 1. c. 25. Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 5. Everhard. à Weyhe in orat. pecul. Ultra Regni conditio melior? Joh. Avenar. in sesquicent. quest. polit. q. 18.

(G) sive dignitatem: eamque vel summam, ut Imperatoris & Regis Romani; vel subordinatam, ut Consulium ac Magistratum. Harum personarum electio, cum specialem tractatum mereatur, & variorum authorum scripta de illâ extent: ideò immorari nolo; sed quæstiones tantum quasdam generales subjiciam. Plura de Imperatoris electione videri possunt apud Reinkingk de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. cl. 3. Clariss. Dn. Arum. tr. de Comitibus. Buxtorff. & Rümelin ad A. B. De Consulibus & Magistratibus adire potes Ohem. Müllhusin. tract. de Consulibus. Joach. Bumanni disput. de Magistrat. in vol. 1. Arum. & Besold. in fascic. 1. disp. Tubing. quò me refero. Quæritur, I. An electus ad officium publicum, cogatur illud acceptare? Aff. per l. 9. ff. de muner. & honor. l. 3. §. 15. eod. l. fin. §. pen. eod. l. 3. C. de susp. tutor. l. 38. §. fin. ff. ad Munic. Ut enim, Naturâ jubente, persona potius discrimen subire cogitur, quàm ut totum pereat: ita Justitia flagitat, ut boni etiam peri-

periculosissimum potius magistratum & officium gerant,
quàm ut damnum aliquod Respubl. patiat. *Melch. Fun. quest. polit. 8.* II. An is, cui electio concessa, se- ipsum eligere possit? *Neg. per l. 4. ff. quod quis Universitatis nomine. l. 1. ff. de off. pres. l. 4. ff. de tutor. & curat. l. 22. §. Si tibi. ff. mandati. l. 7. C. de furt.* Nemo enim sibi- ipsi imperare, aut se cogere potest. *l. 13. §. penult. ff. ad SC. Trebell.* Accedit, quòd inter dantem, & recipientem, differentiam personalem Jura constituent: *cap. fin. de instit. c. per vestra. de jur. patr.* & illum suspicione fraudis non carere præsumant, qui se- ipsum ingerit. *§. fin. Instit. de excus. tutor. l. quæ omnia. princ. ff. de procur. Costal. ad d. l. 4. ff. quod quisq. univ. l. 22. ff. mandat. & d. l. 5. ff. de off. pres. Sichard. ad d. l. 7. C. de furt. n. 5. Reinkingk lib. 1. class. 3. cap. 5. Clariss. Dn. Ludvvell disp. 3. thes. 6. lit. b.* Ex hac fluit III. quæstio: Quòd si quis se- ipsum eligere non possit, an largitionibus uti, & publicè emere ab eligentibus magistratum queat? Etsi hoc, tum exemplis, tum rationibus, probari posse videatur: his tamè elegantè occurrit *Justin. in Nov. 8. §. 1. & Jun. q. pol. 12.* IV. Queritur, an electus, qui eligi non debuit, sumptus hoc nomine factos ab eligente repetere possit? *Aff. per l. 2. C. de decur. l. un. C. de sumpt. l. 1. in fin. ff. si tutor. vel curat.* Porrò de Honoribus sive Muneribus gerendis quando quæritur, cum (ut dicit *Callistr. in l. 14. §. 3. ff. de muner. & honor.*) in primis consideranda sit persona ejus, cui defertur honor, sive muneris administratio; item origo natalium; facultates quoque an sufficere injuncto muneri possint; item lex, secundum quam munera fungi quisq; debeat. Ideò rursum quæritur, I. An patriæ ratio in Magistratu eligendo habenda? *Aff. Schönborn. 2. Polit. 3. & 3. Polit. 35.* II. Utrum in Principe, aut alio aliquo Magistratu, corporis proceritas, formæ præstantia ac dignitas, spectanda? *Neg.* Forma enim, cæca commendatio est; & (ut *Cicero pro Q. Fratres*) multis simulationum involucris, ac quasi velis quibusdam, obtenditur uniuscujusque Natura, Frons, Oculi, Vultus, per se pè mentiuntur. *add. Fun. quest. polit. 21. Schönborn. 1. Polit. 6.* III. Controversa etiam quæstio est, multisque in Regnis ac Dynarchiis agitata: Utrum sexûs ratio habenda, & fœminæ ad gubernationes ac magistratus eligendæ? *Resp.* Fœminæ regulariter, ob sexûs imbecillitatem, LL. nostris, ab omnibus officiis virilibus

sunt remotæ. l. 2. ff. de Reg. jur. l. 2. §. 1. ff. ad SC. Vellejan. l. 3. §. 3. de mun. & hon. Si tamen lex, aut mos patrius, expressè illas admittat; tunc à gubernatione ac imperio non sunt excludendæ. Bachov. ad Treutler. volum. 1. disput. 8. thes. 2. lit. a. Keckerm. syst. polit. lib. 1. cap. 2. Schönborn. 1. Polit. 12. Jun. quest. polit. 13. Dissentit Treutl. ibiq³. Hunn.

Q. IV. Quæritur, An, ut sexûs, ita ætatis ratio, in eligendo Principe aut Magistratu, habenda? Aff. Juvenibus enim, ante 25. ætatis annum, honores publicos non conferri, optimâ ratione nititur. l. 8. ff. de muner. & honor. l. 2. §. fin. ff. de jure immun. l. 11. ff. de decur. Fragile enim & infirmum ejusmodi ætatis consilium. l. 11.

Q. ff. de minor. 25. ann. Schönborn. 2. Polit. 7. & Jun. quest. 14. An genus, sive origo natalium, facultates, eruditio ac doctrina, in Magistratibus & officiis publicis spectandæ? Vide Jun. quest. 16. 17. & 18. Quoad leges, non postremum locum obrinet quæstio illa;

Q. An melius sit, in perpetuum eligere Magistratum, vel ad tempus? Aff. prius. Potestas enim annua semper novas spes, cupidis mutationum, injiciens, ad continendum populum, parum virium & authoritatis habet. Liv. lib. 2. cujus verba memorat Cont. 7. Polit. 8. Schönborn. 2. Polit. 3.

(H) quæ sunt vel patrimonialia, vel personalia. Personalia, vel ad causam publicam spectant, vel ad privatam. Illa, publica; hæc, privata appellantur, in l. 14. §. 1. ff. de muner. & honor. & variæ species recensentur in l. 18. ff. eod. Ad uberiorem intellectum adhibere potes Gædd. ad l. 18. n. 17. & seqq. ff. de Verb. signif.

V I.

Rerum (A) electio consideratur, vel in ultimis voluntatibus, (B) vel in contractibus. (C) Et in utrisque, tam respectu constitutionis, (D) quàm satisfactionis. (E) De quâ est regula: (F) In alternativis (G) electio (H) est ~~debitoris~~; (I) & sufficit alterum adimplere. (K)

(A) Vocabulum R E R U M, aliàs latè accipitur; l. 5. 6. 23. 72. ff. de

356.
ff. de V. S. & varias habet significaciones, quas recenset Alciatus
in l. 23. & l. 5. ff. de V. S. Calvin. in Lexic. hoc loco significat omne id;
quod ad jus personarum, aut actionum, non pertinet. Gædd. ad l.
23. de V. S.

(B) ut patet ex tot. tit. ff. de opt. & elect. legat. l. 10. de legat. 1. l. 34. §.
penult. l. 47. §. 3. l. 75. l. 82. §. fin. l. 84. §. 9. l. 94. §. 2. l. 119. §. 1. de legat. 1. l. 8. §.
1. l. 11. l. 15. l. 23. 27. l. 19. l. 43. §. fin. ff. de legat. 2. l. 37. §. 1. l. 32. §. 1. l. 84. §. 3. ff. de
legat. 1. l. 71. ff. de legat. 1. l. 3. 4. ff. de tritico legat. l. 45. 51. l. 100. ff. de legat. 1.
§. 23. 24. Instir. de legat. l. 1. C. de SS. Eccles. Quæritur, An in legatis
Optio & Electio differant? Affirm. communiter Dd., sed tamen
contrarium apparet ex tot. tit. de opt. & elect. legat. ubi passim hæc
duo inter se confunduntur; præsertim in l. 3. 4. 6. 7. 8. pr. & §. 2. l. 12.
ff. d. t. & l. 5. ff. de legat. 1. Et Optio pro Electione sæpius usurpatur,
dd. ll. & l. 2. princ. de opt. & elect. legat. & l. 3. ff. qui & à quib. manumitt.
Bachov. ad Treutl. vol. 1. disput. 13. thes. 5. lit. a.

(C) ut in l. 75. §. 8. l. 76. l. 106. l. 209. l. 107. l. 112. l. 118. l. 128. ff. de V. O. l. 10.
ff. de jur. dot. c. in alternativis. de Reg. jur. in 6. l. 34. ff. de contr. empt. l. 2.
de eo, quod cert. loc. Generalis enim est electio, & ad omnes con-
tractus pertinet. Non enim in Stipulatione solum; sed etiam
in Emptione, Societate, Deposito, Commodato, &c. constitui
potest. Accommodatur autem ut plurimum stipulationi: quia
huic, ob res disjunctim in stipulationem deductas, magis pro-
pria magisque est usitata.

(D) Huc pertinent exempla, supra thes. 4. lit. B. ad libertatem
contradictionis allata. Verum (ut ibidem notatum) hæc pro-
priè non est hujus tractationis; ut enim rem consideres, aut
non consideres, quæcunque tandem fuerit, voluntatis tuæ &
finis potius erit. Hornæus 2. Ethic. 4. n. 6.

(E) non quidem in se consideratæ: quo casu semper ne-
cessaria. Quæ enim ab initio, & respectu constitutionis, sunt
voluntatis; ex post-facto fiunt necessitatis: l. 5. C. de O. & A. sed
respectu rerum, in genere, vel alternatim, in obligationem de-
ductarum.

(F) c. in alternativis. de R. F. in 6. l. plerunq. 10. §. fin. ff. de jure dor.

(G) in quibus scilicet utrumque & verè est in obligatione.
Quia, ut sit enunciatio verè alternativa, requiritur, ut utrumq;
verum sit alternativè: l. 34. §. penult. ff. de legat. 1. l. 23. ff. de legat. 2.

l. 57. ff. de solut. l. 118. ff. de V. O. Authent. Si quando. C. de constit. pecun. & ut sitabilitas terminorum, qui determinari possunt pariformiter per alternativam: ut loquitur Gregor. Lopez animadvers. juris cap. 20. Hinc fit, quando alternativa ponitur inter duo, quorum unum tantum est in obligatione, & alterum apponitur ad cautelam vel favorem creditoris; quod, contra naturam alternatorum, electio sit creditoris. dd. ll. & l. quamvis. de pignorat. act. Eberhard. in loc. à naturâ alternatorum. cap. 108. n. 7. Maranta in repetit. l. si actor. ff. de procur. n. 7. Sic, promittens solvere decem intra mensem, vel dare pignus aut fidejussorem, elapso mense cogi potest ad solutionem; nec in ipsius arbitrio est, dare pignus vel fidejussorem. Quia, pignora aut fidejussores accipere, est adjectum in favorem creditoris: qui favor ei obesse non debet. l. quod favore. C. de LL. Petr. Peck. ad d. c. in alternativis. n. 4. in medio. Everhard. d. loc. num. 7. Sed quid dicendum, alterâ ex rebus alternativè obligatis mortuâ, seu peremptâ? Puto cessare electionem. Alternativa enim promissio reducitur ad simplicem, per interitum unius extremorum. l. 95. de solut. l. 1. §. 3. ff. de eo, quod certo loco. l. 34. §. fin. de contrah. empt. l. 10. §. fin. de jure dot. l. 47. §. 3. ff. de legat. 1. l. 11. ff. de legat. 2. l. 105. de V. O. Fason ad d. l. 2. de eo, quod certo loco. Petr. Peck. ad d. c. in alternativis. Donell. 17. comment. 1. Gothofred. ad d. l. 95. pr. ff. de solut. Quemadmodum & ei, qui ex rebus duabus alternativè debitis unam soluturum se constituit, electio hoc ipso perit. l. 25. ff. de constit. pecun. Treutler. vol. 1. disput. 23. th. 9. lit. c. Cùm autem varia alternativorum genera reperiantur in Jure nostro; ut videre est in l. 2. §. Scævola. ff. de eo, quod certo loco. ibiq; Fason, Zaf. & Schneid. ad §. Huic autem. Instit. de act. non abs re quæritur; An in omnibus Regula, in thesi proposita, locum habeat? Neg. Nam alternativa, sive disjunctiva, posita inter personas honoratas, regulariter reducitur in conjunctam; & ita requirit concursum utriusque copulati. l. cùm quidam. C. de V. S. ibiq; Giphon. & Fason. Petr. Peckius ad d. c. in alternativis. n. 6. add. Greg. Lopez animadvers. 34. Posita verò inter personas gravatas, electionem tribuit creditori. l. 2. C. de duob. reis stip. l. 8. §. 2. de legat. 3. Ratio hujus electionis & arbitrii, creditoris est. Quia natura alternativæ est, attribuere actum cuilibet in solidum. l. 5. ff. de cond. inst. l. si Titio. de legat. 2. l. si is. §. Utrum. ff. de reb. dubiis. Et ita uterq; Reus in solidum est

est obligatus creditori; uterque est principalis; uterque credi-
 tori ex æquo tenetur. *l. 1. & 2. C. d. tit. de duob. reis stipul. §. 1. Instit. de*
duob. reis. l. 3. §. fin. l. 9. §. fin. l. fin. ff. de duob. reis. Giph. ad l. 2. C. d. t. Fa-
son ad §. 1. ff. de legat. 1. Quod de jure ff. & C. expeditum est. At jure Q.
Novellarum plerique, præcipuè Giph. ad d. l. 2. C. de duob. reis sti-
pul. id correctum existimant, per d. Novell. 99. cap. 1. Quod tamen
nos non probamus, cum Costal. ad l. 17. ff. ad SC. Vellejanum. Arum.
exerc. 13. thes. 9. Hillig. Donell. enucleat. lib. 16. c. 20. Valent. Riem. decad. 10.
q. 7. Franc. exerc. 10. q. 3. Rittersh. ad d. Novell. 99. part. 3. c. 6. Clariss. Lud- Q.
vvell disput. 12. thes. 2. lit. c. Alternativa verò summarum, vel tem-
poris, prorsus reducitur in simplicem: ut in illâ, semper minor
summa; in hac verò, longius tempus spectetur. l. 12. l. 109. ff. de V. O.
l. 43. §. fin. ff. de legat. 1. l. 28. §. 1. de legat. 3. Donell. 8. comm. 19. & 15. comm.
2. ibiq. Hillig. Pet. Peck. d. loc. n. 7. Alternativa actionum, vel reme-
 diorum, semper tribuitur creditori; per rationem allegatam
thes. seq. lit. E. In alternativâ locorum, etiam electio est credito- Q.
ris: tum per rationem in l. 2. §. Scævola. ff. de eo, quod certo loc. tum,
 quia alternativa locorum in favorem creditoris adjicitur. Æ-
 quum igitur est, ut & tota conventio, & etiam electio, ad eum
 referatur. *Pet. Peck. d. loco. Fason ad d. l. 2. Schneidvv. ad §. Si qui agens.*
vers. plus autem. Instit. de action. n. 13. Et, cum electionem habeat lo-
 corum; consequenter etiam habebit electionem alternativa-
 rum mixtarum; Locorum scil. Rerum, & Personarum. *l. 2. §. Scæ-*
vola. vers. proinde. ff. de eo, quod certo loc. Gothofred. & Fas. ibid. Schneid.
d. loco. Notabilis igitur limitatio est ad hanc Regulam nostram:
 quod tantum procedat, quando est debitum alternativum re-
 rum; & quod tunc tantum causâ plus petat, & in pœnam plus-
 petitionis incidat, qui unum ex alternativis petit: quia, hoc
 casu tantum, auferre Reo potest electionem. *Fas. d. loc. & Schneid.*
ad d. §. n. 16. Sed quid de alternativâ pœnarum dicendum? Le- Q.
 ge scil. vel statuto, plures pœnas sub electione infligente, cujus
 erit electio? Responderetur, nec debitoris, nec actoris; sed solius
 judicis, esse. *l. 3. l. 4. C. de serv. fugitiv. l. 1. §. 1. ff. de effractorib. & expila-*
tor. c. à crapula. de vit. & honest. Clericor. Gothofr. ad d. l. 3. C. de serv. fu-
git. ibiq. Sichardus n. 14. Bart. ad d. l. 1. ff. de effract. & expilat. Everhard.
in Topicis d. loc. n. 5. & 6. Pet. Peck. ad d. c. n. 4. Quid de alternativâ Q.
 officiorum, sive gratiarum? Ille, cui collata sunt, eliget. *l. 2. C. de*
 castr.



castr. pecul. Cùm enim Princeps concessit illa alternativè; etiam cum diminutione juris sui concessisse censetur: electione & eligendi facultate in eum translata, cui prospicere voluit. *Jafon in d.l. final. ff. de constitut. pecun. Pet. Peck. d. loco. Everhard. d. loco. num. 7. in fin.*

(H) Nam utraque res proponitur ad obligationem; *l. planè. §. penult. l. 34. §. penult. ff. de legat. 1. l. illud aut illud. ff. de constitut. pecun. non ad solutionem. l. 8. §. 2. de legat. 1. l. illud aut illud. 27. de legat. 2. l. cùm illud. 27. ff. quando dies leg. l. si duo. ff. de V. O.* Quòd si tamen utrumque solutum fuerit; non ideò minùs alterum rectè solutum erit: *arg. l. 124. ff. de Reg. jur.* Ubi enim alternativa affirmativè concipitur; nihil oberit, si utrumque fiat ad-instar alterius secundæ, nempè disjunctivæ. *Gregor. Lopez. c. 20.* Sed, cùm hoc casu alterum vicissim repeti possit, *l. planè. ff. de condit. indeb.* quæritur, Cujus in repetitione sit electio? Et puto, debitoris permanere. Condicio enim indebiti, est velut restitutio in pristinum statum; ideòque ad pristinam causam reponi debet is, qui repetit; ut electionem, quam ante solutionem habuerat, consequatur. *Pet. Peck. ad d. c. n. 2. Hillig. Donell. enucleat. lib. 14. cap. 19. lit. f. Bachov. ad Treutler. disput. 22. thes. 4. lit. d.* Sed an idem dicendum, si duo Rei sub disjunctione pariter solvant? *Neg. per l. 21. l. 26. §. fin. ff. de condit. indebiti.* Rationem diversitatis, quare hoc casu electio sit creditoris, reddit *Pet. Peckius d. loc. Bachov. ad d. thes. 4. lit. d. Costal. ad l. 19. §. fin. ff. de condit. indeb.* Quòd si autem, ab initio, ex pacto adjecto electio fuerit creditoris; iterum apud eum remanebit. *l. si stipulatus. 76. & l. fin. in princ. ff. de V. O. l. 26. §. penult. ff. de condit. indeb.* quæ minimè est abrogata *per l. fin. C. eod.* ut post alios vult *Sichard. ad d. l. penult. n. 2.* sed de hoc casu speciali loquitur; ut docet *Clariss. Dn. Ludvvell in disputatione suâ inaugurali de Quinquaginta Justiniani decisionibus, th. 30. Giphon. ad d. l. penult. Franc. Gratian. de Garzatorib. de Conciliatione LL. ff. & C. lib. 2. n. 14. Pet. Peck. d. loc. n. 7.* Et hoc in contractibus, in quibus electio est debitoris. At in Testamentis, cùm electio sit creditoris, & legatarii, *per tradita lit. seq.* Debitor, sive Hæres, solvens unam rem, non repetet. Quia legatarius recipiendo videtur elegisse eam rem, quæ soluta est. *l. si is, cui. de legat. 2. & l. cùm incertus. ff. de legat. 1.* Et hunc intellectum, licet sit novus, tamen non sine ratione

tione esse, inquit *Costal. ad d.l. 19. §. fin. ff. de condict. indeb.* Bellè autem hùc quæstio annectitur de eo, qui solvit æstimationem, cùm rem non posset dare; an, si res postea perveniat ad recipientem, electio etiam solventi detur: ut, quod volet, repetat? *Neg.* Quia regulariter debitoris est electio: cujus vices is sustinet, cui solutum est, institutâ actione à solvente. Cujus jus confirmat *l. 17. §. fin. ff. Commodati. ibiq. Cujac. Bachov. ad Treutl. disp. 24. thes. 4. lit. d. Dissentit Treutler. d. lit. d. Barr. ad d.l. 17. Gothofr. ibid. Costal. ad d.l. 19. in fin. ff. de cond. indeb.* Cæterùm & illud in quæstionem venit; Quid statuendum, si altera ex utrinq; solutis perierit, siue desierit? Et sanè, quemadmodum in solâ re superstite tota manet obligatio; ut *suprà dictum*: ita etiam altera res remanet in solutum: *l. 32. ff. de condict. indeb.* si scil. simul utraque res soluta est: *d. l.* si autem diversis temporibus; secunda semper repetitur, tanquam indebita. *l. cùm duo. ff. de condict. indeb.* Sed et si res perempta est, jam moram faciente creditore, debet restitui id, quod superest, vel mortui pretium. *l. Stichum. in princ. ff. de solut. l. 47. §. 3. ff. de legat. 1. Costal. ad d.l. 32. add. Donell. 17. comm. 1.*

(1) in contractibus quidem simpliciter: *l. plerunq. 10. §. fin. ff. de jure dot. l. 106. ff. de V. O. l. 34. §. 1. ff. de contrahend. empr. l. 2. §. 3. ff. de eo, quod certo loco. l. 34. §. 6. ff. de jurejur. l. 5. §. 1. ff. Depositi. l. 7. §. 5. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 6. §. 1. in fin. ff. de jure patronat. l. 95. ff. de solut. Treutler. volum. 2. disput. 27. th. 3. lit. c. nisi sibi creditor expressè electionem constituerit. l. 75. §. 8. ff. de V. O. l. 93. ff. de solut. l. 56. ff. de V. O. Treutler. & Bachov. d. loc.* In legatis verò non aliter, quàm si verba executiva referantur ad hæredem, qui est debitor. *§. 22. Instit. de legat.* Nam, si utatur verbo indifferenti, in dubio regulariter electio est legatarii; quem eo casu constat esse creditorem. *l. 2. ff. de opt. legat. l. 20. l. 34. §. penult. l. 108. ff. de legat. 1. l. 75. §. 3. ff. eod. l. Lucio. ff. de legat. 2. l. 10. ff. de usufruct. legat.* Rationem differentiæ allegat *Schneid. ad §. Si quid agens. Instit. de action. vers. plus autem. n. 18. Petr. Peck. ad d. c. in alternativis. n. 4. Gregor. Lopez. animadv. 23. add. Bachov. d. disput. 27. thes. 3. lit. b. & disput. 13. thes. 4. lit. a.* Et idem dicendum in legato generis. *l. 108. §. 2. ff. de legat. 1. l. 23. ff. de legat. 2. l. 76. §. fin. ff. de legat. 2.* Nam alternativa obligatio, & generis, comparantur. *l. cum. 32. §. fin. ff. de condict. indeb. l. 2. §. 1. ff. de V. O. Costal. ad l. 19. §. fin. eod. Wesemb. ad tit. ff. de opt. leg. Bachov. & Hunn. ad Treutl. disput.*

D



Q. 13.thes.5. Illud controversum etiam reperio: Servitute simpliciter, sine determinatione partis fundi, constitutâ; an etiam in debitoris & hæredis facultate sit, eligere? Aff. per l.26. ff. de servitut. rusticor. prædior. Costal. ad l.9. ff. eod. Pac. 3. c. v. q. 52. & eleganter Hillig. Donell. enucleat. 11. comm. 13. Dissentit Donell. d. cap. 13. Arumæ. exercit. 5. thes. 7.

(K) Ea enim est alternativæ natura; ut verificetur, si in eâ alterum sit verum: eiq; satisfiat, si in alterâ parte effectum sortiatur. l. 129. ff. de V. O. l. 5. ff. de condit. instit. l. 78. ff. de condit. & demonstr. l. 26. ff. eod. c. inter cetera. ff. de rescript. §. 9. Instit. de hered. instit. Gregorius Lopez. animadv. 20. Quemadmodum enim ad veritatem copulæ requiritur, utramque partem esse veram; §. penult. Instit. de hered. instit. & regulariter conjunctivæ significatio est, ut jungat, & utriusque conjuncti concursus requiratur: l. si à reo. ff. de fidejuss. l. 2. C. de Episcop. audient. l. quod vulgo. ff. de injust. rupt. irrit. test. l. 14. ff. de except. rei judic. l. 5. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 34. §. 1. ff. de O. & A. l. 7. §. 1. ff. qui potiores in pignore. l. 2. ff. de privat. delict. ita quoque è contrario, si plura alternativè adjecta sunt, unum impleri satis est, ut conventioni vel actui satisfactum esse videatur. l. 5. ff. de hered. instit. l. 129. ff. de V. O. Pet. Peck. Greg. Lopez. & Everhard. d. loco. Quæ-

Q. ritur, An hoc etiam procedat in alternativâ negativâ? Neg. quidam, arg. l. 13. ff. de reb. dubiis. sed tamen contrarium decisum in d. l. 129. ff. de V. O. Sicut enim alternativa affirmativa vult alterum fieri: ita negativa vult alterum non fieri; & per consequens neutrum. Altero verò non-facto, verum est, dicere illud, aut illud factum non esse. d. l. 13. §. Cùm ita. & §. Utrum. ff. de reb. dubiis. & d. l. 129. ff. de V. O. Everhard. in d. loc. à naturâ alternatorum. n. 8. Peck. ad d. c. in alternativis. & omnium elegantissimè Gregor. Lopez. animadv. 24. à quo plura de naturâ & effectu alternatorum pete.

VII.

Actionum electio quid sit, traditur ab Ulpiano, (A) his verbis; Quoties concurrunt (B) plures actiones, (C) ejusdem rei nomine, (D) unâ (E) quis experiri debet. (F)

(A) in l. 43. §. 1. ff. de Reg. jur.

(B) La-

(B) Latè, & abusivè, hoc vocabulum sumendum: ut idem significet, quod alternatim competere. quemadmodum accipitur in l. 28. §. 4. ff. de injur. §. 16. Instit. de oblig. ex quasi delict. l. fin. §. 1. C. de furt. l. fin. C. de Codicill. l. 13. in fin. ff. de legat. 1. l. 20. ff. de opt. & elect. legat. Verè enim, & propriè, ex vi verbi, concurrere duæ actiones dicuntur: non cum unâ tantum, sed cum omnibus experiri licet: l. 32. l. 18. ff. de O. & A. nec una per alteram tollitur. l. 45. ff. pro socio. l. 12. C. de furt. l. penult. ff. de O. & A. l. 130. ff. de Reg. jur. Et hoc modo frequentius phrasîs illa in Jure nostro usurpatur. dd. ll. & l. 14. ff. de except. rei judicat. Sic etiam concurrentia delicta dicuntur, cum utrumq; admissum est. l. 2. ff. de privat. delict. Et creditores dicuntur concurrere in pignore, non cum uni, sed omnibus, in eo jus est. l. 7. §. 1. ff. qui potiores in pignore. Nos itaque de Electione disputantes, propriè de concursu tali non disputamus. Positâ enim Electione, negatur concursus: ut pluribus persequitur & demonstrat Hillig. Donell. enucleat. lib. 21. c. 3. lit. A.

(c) Et quidem de actionibus rei persecutoriis, sive in rem, sive in personam, hoc expeditum est, & minus difficultatis habet; quod altera per alteram electione tollatur. l. 3. §. 6. 7. 9. ff. de except. rei judicat. §. fin. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest. l. 47. l. 50. ff. pro socio. l. 38. §. 2. ff. eod. l. 9. §. 1. ff. de tribut. act. l. 71. pr. ff. de furt. l. 5. ff. de fidejuss. l. 34. §. Si is, cui. ff. de O. & A. l. 18. §. Sive autem. ff. Commod. l. 18. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. un. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & ration. distrab. Costal. ad l. 9. §. Eligere. ff. de tribut. act. Sturt. & Philipp. Matth. ad d. l. 43. §. 1. ff. de Reg. jur. Horom. illustr. quæst. 29. Fachin. 8. controv. 6. Verùm de actionibus pœnalibus major est difficultas; An videlicet unius electione altera consumatur? Distinguendæ sunt hæ actiones. Si ex uno facto delictive, aut uno facto & pluribus delictis, oriuntur; unâ electâ altera consumitur: vel in totum, si æquales sunt; vel pro parte, si quid amplius in alterâ fuerit. l. 1. ff. de arbor. furtim cas. l. 34. princ. l. 53. princ. ff. de O. & A. l. 15. §. 46. l. 25. ff. de injur. l. 52. §. 2. l. 88. ff. de furt. Quòd si verò ex pluribus factis & delictis oriuntur; nunquam in pluribus pœnalibus actionibus concurrentibus alia aliam consumit. l. 48. ff. ad L. Aquil. l. 21. princ. l. 56. ff. de furt. l. 23. §. 1. l. 11. §. 3 ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 22. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & ration. distrab. Singulis enim factis singulas deberi actiones, & singulas irrogari pœnas, constat. l. 27. ff. ad L. Aquil. l. 25. ff. de injur.

Q.



l.13.ff.de liberal.caus. Nec plura concurrentia delicta faciunt, ut ullius impunitas detur: *l.2.ff.de privat.delict.* nec unum delictum ob aliud minuit pœnam. *l.14. §.1.ff.de præscript.verb.Philipp.Matth. ad l.43. §.1.ff.de Reg.jur.* Clariss.Dn.Ludvvell disput.16.thes.9.in fin. add. Cujac.lib.8.obs.24.Hottoman.illustr.quæst.29. Et hæc de pœnalibus

Q. concurrentibus. Sed quid juris, si pœnalis concurrat cum persecutoriâ? De merè-pœnalibus dicetur infra *lit.seq.* De mixtis pœnalibus distinguendum inter absolutè & conditionaliter mixtas. De illis jus est, ut priùs mixta electa & instituta, tollat omninò rei persecutoriam. Si verò rei persecutoria priùs mota sit; tollat mixtam quo ad simplicem & rem: non quo ad pœnam, quæ adhuc superest, & salva remanet. *l.34. §.fin.ff.de O. & A. l.7. §.1. ff.Commod.* Hinc, si contra raptorem actum sit condictione; actio vi bonorum raptorum in triplum adhuc superest: *arg.princ. Instit.Vi bonor.raptor.add.l.34. §.fin. l.7. §.1. ff.Commodati.* Generale enim est: si in unâ actione plus est, quàm in alterâ; tùm intentatâ pinguiore & pleniore, ad alteram quidem aditus est præclusus: sed institutâ leviore, ad alteram regressus patet; quâ, quod in eâ amplius est, persequamur. *l.28.ff.de actione empt. l.43. l.47.ff.pro socio. Philipp.Matth.ad d.l.43. §.1.n.6.* Dissentit Vir Clariss. Illustr.Duc.Sax.Vinariens. à Consiliis Frid.Hortlederus peculiari lib.de concursu actionis realis meræ, & pœnalis mixtæ, cujus libelli tela modestè arcet, & nostram opinionem novis præsiidiis munit. *Osvvald.Hilliger. Donell.enucleat.lib.21.lit.q.per tot.* Conditionaliter mixtæ sunt actiones arbitrariæ: *arg.l.14. §.3. ff.quod metus causâ.*

Q. de quibus planum est, quòd actio arbitraria mixta per rei persecutoriam, & hæc per illam, tollatur. *l.9. §.6. ff.quod metus causâ.* Arbitrariæ enim actiones, cùm saltèm sub hac conditione pleniores sint, si Reus contumaciter rem non restituat: *d.l.14. §.3.* Ergo, si in rem agenti res restituta est; per rerum naturam, eam conditionem existere non posse, certum est. Multò magis hoc procedit, cùm arbitraria cum arbitrariâ concurrat. Exempli gratiâ: Ex Ædilitio Edicto duæ competunt actiones arbitrariæ; redhibitoria & æstimatoria: sed unius electione altera consumitur. *l.21. §.1. ff.de Aedil.edict. Bachov.ad Treutl.vol.2. disput.2.*

Q. *thes.3.lit.a.* Quid ultimò dicendum de actionibus mixtis in Rem & Personam? Attendendum, utrùm ex eâdem causâ, vel
ex

369.
ex duabus diversis instituuntur; & ad idem, vel diversum, tendant. Priori casu, altera alteram tollit. Exempli gratiâ: In Legato res alicui legata est. Ibi una tantum est causa. At tres actiones pro legato consequendo competunt: §. 2. *Inst. de legat. l. 1. C. commun. de legat.* ut in legatarii arbitrio sit, quamnam ex his eligere velit; ita tamē, ut, unâ electâ, altera exspiret. *l. 108. §. 2. ff. de legat. l. 1. l. 76. §. 8. ff. de legat. 2.* Quod de actione ex testamento, & rei vindicatione verum est. Hypothecaria enim, nec rei vindicationem, nec actionem ex testamento, consumit: ut rectè Bachov. ad Treutl. vol. 2. disput. 13. th. fin. lit. e. Clariss. Dn. Ludvvell disp. 9. th. 7. lit. f. Posteriori verò casu, actiones istæ invicem se non consumunt; sed omnes exercere & intentare licet: ut pluribus demonstratur *lit. seq.* Q.

(D) Variè disceptant Dd. quomodo hæc verba sint accipienda? Alii, vim & potestatem actionis his denotari putant: ut Donell. d. c. 3. Hippol. à Collib. ad d. l. 34. de R. J. Alii, rem eandem, quæ vel in obligationem conventionem deducta est; vel circa quam obligatio vertitur: & illis opponunt, DIVERSARUM RERUM nomine. Obrecht. de concipiend. libellis, cap. 21. n. 6. Hottom. illustr. quest. 29. Nos, mediam viam eligentes, utrumq; in d. l. 43. Ulpianum his verbis indicasse, existimamus. Quippè necessario his casibus, ubi una tantum actio eligenda & instituenda, hæc duo requisita adesse debent, ut de eadem re competant; & ad eundem finem tendant. Nam, si diversarum rerum nomine competant; tralatitium est, omnes intentare licere: quot enim res, tot contractus; & per consequens etiam actiones. *l. 35. §. 1. ff. Locat. l. 29. ff. de O. & A. l. 11. ff. de jurisd. l. 9. §. 1. ff. de tributor. act.* Hillig. Donell. enucl. lib. 21. cap. 3. lit. a. Hottom. illustr. quest. 29. Quòd si tamen ad diversa (non tamen planè contraria; ut in seqq. dicitur) tendant: tunc etiam verè concurrunt; nec una per alteram tollitur. *l. 45. l. 50. l. 51. ff. pro socio.* Nam, si ex concurrentibus actionibus, una rem, altera pœnam persequatur; ut contingit in concursu actionis pro Socio, & Furti, item Condiictionis furtivæ, & actionis Furti: neutra alteram consumit; sed utrâque agere & experiri in solidum licet, *dd. ll. & l. 28. ff. depositi. l. 7. §. 1. ff. de condit. furtiv. d. l. 45. ibiq; Costal.* ubi dicit, quòd generale sit, ut persecutoria non tollatur per pœnalem; & contrà. *dd. ll. & l. 42. ff. Lo-* Q.

cati. l. si mandavero. §. Si tibi. ff. Mandati. Hotom. illustr. quest. 29. Præter duo requisita supra relata, tertium hoc requiritur: ut ex eadem quoque causâ, negotio vel factò, actiones oriantur. Nam, si ex diversis causis adversus eundem competât: neutra per alteram tollitur; sed omnibus experiri permissum est; ita, ut,

Q. quâcunque prius actum, nec per sententiam ipsam unquam contingat liberatio ab aliâ: sive eâ Reus condemnatus; *l. 28. §. fin. ff. de liberat. legat. l. 93. §. 1. ff. de legat. 3. l. 18. §. fin. ff. de constit. pecun. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & ration. distrab. sive absolutus fuerit. l. 18. ff. de O. & A. l. 10. ff. de act. empr. d. l. 18. §. fin. ff. de constitut. pecun. l. 28. ff. de act. empr. Hotom. illustr. quest. 29. & latè Hillig. Donell. enucleat. lib. 21. c. 3. lit. d.* Quòd si verò ex planè contrariis causis descendant, vel

Q. ad contraria tendant; omninò diversum est statuendum: ut scilicet unius electione altera tollatur. Uno enim contrariorum in ipso actu posito, necessariò removeretur alterum. *Everhard. loc. 28. & expressè hoc probatur per l. 1. C. de furt. l. un. C. si servus extero. ubi Donell. Costal. ad l. 9. §. Eligere. ff. de constit. pecun. gloss. ad l. 45. ff. pro soc. Hinc, cum civilis actio criminali contraria & præjudicialis dicatur, in l. 4. ff. de publ. judic. l. 7. §. fin. ff. de injur. l. 2. §. 1. ff.*

Q. *de vi bonor. raptor. non incongruè quæritur; An una ex his electa alteram consumat? Aff. arg. l. 56. §. 1. ff. de furt. l. 2. §. 1. ff. de vi bonor. raptor. l. fin. ff. de privat. delict. l. fin. ff. de furt. l. pen. C. de condict. ob turpem caus. Cujac. lib. 29. obs. 29. Dissentit Wesemb. in w. de privat. delict. Treutler. part. 1. disput. 18. th. 10. lit. h. ibiq. Bachov.*

(E) Plures enim actiones, in Jure, eodem nomine datæ sunt, non ut omnibus experiri liceat; sed ut laxior & uberior agendi, atque ad suum perveniendi, sit facultas. *l. 67. §. 8. ff. de legat. 2. h. e. ut ex his eligat eam, quæ sibi commodior visa fuerit. d. §. 8. & §. 9. Instit. quod cum eo, qui in alienâ pot. l. 18. §. 1. ff. Commodati. l. 38. §. 1. ff. pro socio. Et cum ex his appareat, quòd hoc in favorem actoris introductum sit; meritò arbitrium eligendi illi constitutum est, in d. l. 76. §. 8. l. 14. C. de O. & A. l. 9. §. 1. ff. de eo, quod cert. loco.*

Q. præsertim cum & aliàs, in præparatoriis judiciis, Actores semper favorabiliores sint Reis. *l. 8. ff. qui satisfacere coguntur. l. 76. ff. de judic. l. 83. §. 1. ff. de V. O. Giph. & Bronch. ad d. l. 125. ff. de Reg. jur. Bach. ad Treutler. part. 1. disput. 5. thes. 1. lit. c.* Ob quam rationem etiam Actoris est electio, ubi forum rei non est unum: *l. 19. §. fin. ff. de judic.*

381
dic. c. dilecti. de foro compet. non tantum, si obligatio contracta
duobus locis, domicilii & rei gestæ; ut putat Donell. lib. 17. c. 17.
ibiq; Hillig. lit. d. & c. 19. lit. a. sed etiam speciali in rem actione. Li- Q.
berum enim est actori, actionem in rem instituere in loco do-
micii; etsi alibi res litigiosa sita sit. l. un. C. ubi de hereditate a-
gend. l. fin. C. ubi in rem actio. l. un. C. ubi de possess. ag. l. 10. & 2. seqq. ff. de
rei vindic. Treutler. volum. 1. disput. 3. thes. 8. lit. g. ibiq; Bachov. & Hunn.
q. 56. Vultej. ad l. 1. C. ubi in rem actio. Sic etiam electio est actoris, Q.
quando duo pluresve iudices rei, qui parem habent iurisdictionem,
non conjunctim; sed quisque solus in solidum. l. fin. C. ubi
in rem actio. Nisi plures iudices dati in favorem rei fuerint. Au-
thent. Habita. C. ne filius pro patre. Maranta ad l. si actor. ff. de procurat.
n. 86. Hilliger. d. c. 19. lit. a. ibiq; allegati. An verò illa electio actori Q.
adimitur, intentato remedio l. diffamari? Negat Gail. 1. observ. 11.
n. 16. Covarruy. 1. variar. resol. 18. n. 6. cujus sententiam persequitur
& confirmat Zanger. tract. de except. lib. 1. c. 1. & c. 12. n. 4. Distinguit Q.
Blarerus in repet. l. diffamari. c. 4. n. 39. Ultimò, eligendi facultatem
habet etiam actor, litigandi cum reo principali, vel cum procu-
ratore ejus; si reus est legalior, & magis instructus de facto litis.
l. 29. si actor. ff. de procur. l. qui stipendio. C. de procur. Costal. ad d. l. 8. Ma-
rant. ad d. l. si actor. ff. de procur. ubi plures casus huc pertinentes refert.

(F) Nec potest ad alteram vicissim aspirare. Unâ enim ele-
ctâ & intentatâ, altera consumitur. l. 18. §. 1. ff. Commodati. l. 34. pr. ff.
de O. & A. Sed quæritur; An ipsâ electione, dum scilicet inten- Q.
rata, & per litis contestationem in iudicium deducta est; an ve-
rò demùm perceptione, & sententiâ, altera tollatur? Aff. prius:
tùm ob naturam & effectum Electionis communis; qui est, ut,
qui semel elegit, variare non possit: ut probatur infra th. pen. lit. B.
tùm speciatim in actionibus, ubi ab ipsius intentionis exor-
diis, unius electione, actor alterius aditum sibi præcludit. Nec
enim aditus cuiquam pro suo migrandi desiderio cōcedendus.
l. 8. §. 1. C. de codicill. l. fin. §. 1. C. de furt. l. 9. §. 1. ff. de tributor. act. l. 18. ff. de
O. & A. l. 5. in fin. ff. de fidejuss. Hillig. Donell. enucl. lib. 21. c. 3. lit. d. Dis.
Donell. ibid. Plura de hac Regulâ refert Bronchorst. assert. 84. cent. 2.
Hottom. illustr. quest. 29. Gail. 1. observ. 63. Philipp. Matth. ad d. l. 45. §. 1.
ff. de Reg. jur. Hilliger. verò longè alium sensum huic legi affin-
git, d. lib. 21. c. 3. lit. d.

Forma, est nudæ voluntatis, (A) ab eligente, (B) intra præfinitum tempus, (C) semel (D) & liberè (E) facta declaratio. (F)

(A) Voluntas enim non-declarata censetur abortiva, & est tanquam posthumus existens in utero; qui, si non edatur in lucem, nihil est. *l. fin. C. de posth. hered. instit. Fason in l. 1. C. de condict. causâ datâ caus. non secut.* Quin Voluntas in mente retenta, neq; verbo vel factò declarata, non dicitur voluntas; sed veriùs dici potest cogitatio & propositum: quod in mente retentum nihil operatur. *l. 7. C. de condict. caus. dat. caus. non secutâ. l. 18. ff. de pœn. Castrens. in l. recusari. 95. ff. de acquirendâ hered.*

(B) Facultas enim eligendi in vitâ ejus, cui concessa est, ossibus personæ inhæret. *l. 76. l. fin. pr. ff. de V. O.* Quæritur ergo; An hoc jus personale eligendi non possit cedi, vel per cessionem ad alium transferri? Neg. per *d. l. 76. l. si mulier. §. Ex asse. ff. de jure dot.* Quia per hoc fieret conditio adversarii deterior: quod fortè eligeret cessionarius aliter, quàm prior elegisset. *l. 15. ff. de fidei-commis. libertatib. l. generaliter. §. fin. eod. Bartol. & Fason ad d. l. 76. ff. de V. O.* Sed, cum regulariter, quæ nõ sunt cessionabilia in vitâ, sint tamen transmissibilia ad hæredes: *d. l. & l. quis ergo casus. ff. de pecul. l. ex plurib. ff. de administrat. tutel.* quæritur; An eligendi jus post mortem ad hæredes transeat? Aff. per *d. l. 76. ff. de V. O.* quia, sicut obligatio principalis est transmissibilis ad hæredes; ita & electio, quæ est accessoria. Accessorium enim sequitur naturam sui principalis. *c. accessorium. ff. de Reg. jur. in 6. ibiq; Petr. Peckius.* Et verò tantò faciliùs transire debet; quod stipulator, pendente conditione, jus agendi transmittat in hæredem. *§. penult. Instit. de inutil. stipul. l. 57. ff. de V. O. §. 4. Instit. de V. O.* Quæ ratio transmissionis, in legatis, cum obstaret, *l. 5. ff. quand. dies legat. l. 18. ff. de Reg. jur.* per Justin. hoc reformatum est, & licentia data hæredi eligere: licet vivus legatarius hoc non fecisset. *§. Optio-nis. Instit. de legat. add. l. 19. ff. de opt. leg. l. 25. §. Si incerto. ff. famil. hercisc. l. 75. §. pen. ff. de legat. 1. Bart. & latè Fason ad d. l. 76. Bachov. ad Treutl. volum. 2. disput. 13. th. 5. lit. a. Diss. ibid. latè Hunn. & Hillig. 15. comm. 2.*

Quòd

Quodd si autem facultas eligendi non possit cedi alii, vivo testatore: quæritur; An non Procuratorem ad eligendum constituere liceat? Aff. Tùm quia etiam jus perendi restitutionem fideicommissi universalis non potest cedi; *l. si mulier. §. Ex asse. ff. de jure dot.* & tamen procurator simplex constitui potest. *l. qui ita. §. 1. & l. restituta. §. 1. ff. ad Trebellianum.* tùm per expressum textum in *l. 66. ff. de procurat. l. 17. in fin. ff. rem ratam hab. Hottom. 1. amicable. respons. 30. & illustr. quest. 3. Bart. & Jas. ad d. l. 76. in fin. Bachov. ad Treutl. volum. 2. disput. 13. th. 5.* Sed, si electio arbitrio alicujus tertii concessa sit; illo verò non eligente: quæritur, an electio pereat? Aff. Quia electio est jus inseparabile à personâ. *l. 43. & l. seq. l. fin. ff. de V. O. l. 75 ff. pro socio. l. 25. C. Locati. l. fin. C. de contrahend. empt.* Et hoc quidem in contractibus obtinet. In legatis verò, favore ultimarum voluntatum, electio ad legatarium transfertur. *l. fin. C. communia. de legat. ibiq. Giphon.* Si plures extiterint, quibus electio relicta; & circa optandum inter se dissentiant: ejus præceller optio, ad quem fors pervenerit. *§. 23. Instit. de legat. l. fin. C. commun. de legat. ibiq. Giphon.* Nam, in his & similibus casibus, sortes non sunt illicitæ. *l. 2. C. quando & quib. quarta pars. l. 14. ff. de judic. l. generaliter. §. Proinde. ff. de fideicommissar. hered. Clariss. Dn. Ludvvell disput. 9. th. 4. lit. e. Schönborn. 2. Polit. 2. Treutler. vol. 1. disput. 19. thes. 1. lit. c. Vasqu. illustr. controvers. 49. n. 13. & Tiraquell. qui plurima de sorte collegit lib. 1. de jure primogenitura, quest. 7. opp. 1. Dis. Hunn. ad Treutler. disput. 1. th. 1. q. 3.*

(c) Electio enim conjuncta est cum ratione & consilio; ideòque etiam requirit aliquam temporis moram. *Aristoteles 2. Ethic. 2.* Quâ de causâ etiam oprandi dies à Magistratu constituitur; & certum tempus ad deliberandum datur: *l. 1. l. 8. ff. de opt. legat. l. 2. ff. de jure deliber. l. fin. §. 13. C. eod. l. 69. ff. de acquir. hered. c. cum in cunctis. de electione. c. postquam. dist. 50. c. obvenientibus. 63. dist. intra quod tempus, si non elegerint, eligendi potestate carent. d. l. 6. & 8. ff. de opt. legat. c. ne pro defectu. de electione.* Sed, si tempus non suffecerit; iterùmne peti potest? Aff. per *l. 3. §. 4. ff. de jure deliber. Bachov. ad Treutler. disput. 12. volum. 2. thes. 7. lit. b.*

(d) *l. 5. princ. l. 8. §. 2. l. 33. in fin. l. 84. §. 9. ff. de legat. 1. l. 20. ff. de opt. legat. l. 11. in fin. l. 33. in fin. ff. de legat. 2. l. 8. C. de inoffic. testam. l. 17. C. de testam. l. 4. §. 2. l. 7. ff. de Lege commissor.* Actus enim legitimi purè &

E

femel peragi solebant; ne adversarius semper suspenso & incerto animo teneretur. *Hottom. illustr. quest. 34.*

(E) Tam à necessitate: h.e. ut, politis omnibus requisitis ad agendum, iisq; nihil mutatis, possimus agere vel non-agere, velle & non-velle, elicere & suspendere actum: *Horn. 2. Ethic. c. 5. n. 2.* (Necessariæ enim electionis facultas propriè beneficium non est. *l. 67. §. 1. ff. de legat. 2.*) quàm à coactione. Propriè enim is velle dicitur, qui spontè, nemine extrùs urgente, pro suo arbitrio, potest facere id, quod alioqui cuivis plenè-libero de jure facere licet. *l. 41. C. de transact.* Ex voluntate enim fieri dicitur, quod ex libero mentis arbitrio proficiscitur. *c. 15. q. 1. c. 1.* Unde, cum potestas, tam patria, quàm dominica, filiorum familiàs ac servorum libertatem ita constringat; ut liberam faciendi, quicquid velint, facultatem non habeant: ideò eligere non possunt. *l. 10. ff. de legat. 1.* Velle enim non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini. *l. 4. ff. de Reg. jur.* Quippe per obedientiam propriè voluntas maectatur. *c. sciendum. 8. q. 1.* Et actus non dicitur voluntarius, quando fit ab eo, qui poterat compelli. *l. 7. ff. que falso tutore. l. 18. ff. de administratione legat. l. 6. §. fin. ff. de acquir. hered. c. si religiosus. 27. de electione & elect. pot. Decius & Philipp. Matth. ad d. l. 4. de Reg. jur.*

(F) Non tantùm Verbis; sed etiam Re, & alio quoque indicio, expressa. *l. 95. ff. de acquir. hered. & supra tradita thes. 2. lit. B.*
Q. Quæritur, Electio an inducatur per verbum, ELIGERE VOLO? Aff. per axioma commune: quòd, quando agens est liberum & non-impeditum, & patiens est dispositum statim; tunc, quod volo agere, ago. Adde, quando, post terminum assignatum ad deliberandum, dicit quis, Volò eligere; tunc inducitur electio. *l. sed etsi. l. omnes, qui. ff. ad SC. Trebellianum. l. si quis. ff. de jure deliberandi. l. 6. C. de jur. deliber. latè Jason & Bart. ad l. servi electione. ff. de legat. 1. add. Fachin. 6. controvers. 50.* Unde è contrario, si dicat, se nolle eligere; renunciâsse electioni intelligitur. *l. 1. §. 6. ff. de successor. edict. l. 1. §. 9. ff. ad SC. Tertullian. Fachin. lib. 6. controv. c. 49. Clariss. Dn. Ludvvell disput. 8. thes. 9. lit. g.*

IX.

Finis electionis est, ut consequamur id,
quod

quod nobis melius (A) in consultatione judicatum est. Effectus, sunt vel generales, (B) vel speciales. (C)

(A) Voluntas enim, respectu intentionis, nunquam vertitur in pejus, vel malum, ut malum. Impossibile enim hoc est: quia malum, ut malum, est non-ens; à quo omnis naturalis appetitus abhorret. Quando verò malum nonnunquam eligitur & amatur: tunc id fit, quia speciem boni mentitur. Quicquid enim volumus, id non possumus non, sub ratione & specie boni, velle: Nullum enim sine authoramento malum est; ait Seneca Epist. 69. Avaritia pecuniam promittit; luxuria varias voluptates, &c. Nam (ut eleganter in c. merito queritur. caus. 15. q. 1. dicitur) si diligenter consideratur, fortè ipsum peccare nemo velit; sed propter aliud fit, quod vult, qui peccat. Omnes quippe homines, qui scientes faciunt, quod non licet, vellent licere. Usque aded ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum; sed propter illud, quod ex eo consequitur. d. c. add. Horneum 2. Ethic. c. 4. n. 7. & 2. Eth. 5. n. 19. Clariss. Dn. M. Dannhauer in auctuar. quest. mor. ad quest. polit. Junii, q. 7. §. 55. Si quis verò ejusmodi velamento deceptus fuerit; de se queri debet. Electio enim mala in culpâ est. l. 1. §. 1. l. 2. princ. ff. si mensor fals. modium dixer. l. 1. §. 5. l. 5. §. fin. ff. de O. & A. l. 10. in fin. & l. seq. ff. Commodati. l. culpa. ff. de perit. hered. l. 23. ff. de minor. 25. ann. l. 27. §. 2. ff. de recept. qui arbitrium. l. 21. ff. de negotiis gestis. §. 3. Instit. quib. mod. re contrah. obl. & §. fin. Instit. de societ. c. imputare. 13. de fide instrum. Sichard. ad l. 8. C. de evictionib.

(B) qui omnibus electionis speciebus sunt communes: veluti, quòd unum eligens, alteri renunciare videtur. c. ut qui duas. de elect. in 6. l. 1. C. de furt. c. cum renuntiat. 32. q. 1. l. 4. C. de pact. inter empt. & vend. l. 10. §. 1. ff. de pact. l. 8. §. 1. C. de Codicill. l. 10. ff. de legat. 1. ibiq. Gothofr. Cùm autem satis absurdum sit, redire ad hoc, cui renunciatum putavit: l. si quis. C. de reb. credit. secundus effectus hinc promanat; Quòd, qui semel elegit, variare & mutare voluntatem non possit. l. 5. l. 33. l. 84. §. 9. ff. de legat. 1. l. 11. in fin. l. 19. ff. de legat. 2. l. 112. ff. de V. O. l. 4. §. 2. l. 7. ff. de Lege commissor. l. 12. ff. de rei vindic. l. 5. C. de O. & A. l. 6. §. fin. C. de modo mult. l. 4. C. de repud. vel abstinent. hered. l. 9. ff. de cur. fur. l. fin. §. 1. C. de furt. l. 8. pr. C. de Codicill.

l. 15. C. de pœn. l. 4. C. de pact. inter empr. & vend. l. 16. C. de fidejuſ. l. 59. §. 3. ff. de fidejuſ. l. 75. ff. de Reg. jur. l. 57. §. 1. ff. de ſolut. l. penult. ff. de duob. reis. l. 35. ff. de condiçt. indeb. c. publicè. 58. de elect. c. per venerabilem. c. cum in multis. de reſcript. in 6. Clem. 1. de renuntiat. c. quod ſemel. 21. & c. mutare. de Reg. jur. & arg. eor. quæ refert Hornæus 2. Ethic. c. 5. quæſt. 3. n. 16. Hillig. Donell. enucl. 8. comm. 19. lit. n. Faſon ad l. ſervi electione. ff. de legat. 1. Pet. Peck. ad c. quod ſemel. & ad c. mutare. ff. de Reg. jur. in 6. Decius & Philipp. Matth. ad l. 75. ff. de Reg. jur. Hoſtienſ. in ſummâ tit. de elect. & electi poteſt. verſ. mutare.

(c) qui cuilibet ſpeciali objecto peculiare & proprii ſunt.

X.

Contraria electioni ſunt omnes modi, qui vel per ignorantiam, vel violentiam, factum reddunt invitum. (A)

(A) ut ſunt, vis, metus, error, dolus. Nihil enim conſenſui & voluntati tam contrarium eſt. *l. 118. ff. de R. J. l. 1. ff. quod met. cauſ. l. 15. ff. de juridiçt. l. 2. ff. de judic. l. 57. ff. de O. & A. l. nec ignorans. C. de donat. c. quamvis. de pactis in 6. l. interpoſitas. 13. C. de tranſact. c. dilectiſſimi. 8. q. 2. c. ubi periculum. §. Caterùm. de elect. in 6.* Sicuti autè vi, metu, &c. impediuntur, qui cõſentire & eligere debent: ita & reliquis affectibus, concupiſcentiâ, gaudio, amore, irâ, prodigalitate, ſimili modo volunt impedi, quos congeſſit Alber. Gent. 3. de nupt. c. 8. Verùm de his diſtinctè eſt procedendum. *add. Clarif. Dn. M. Dannhauer d. lib. q. 8. per tot. Bach. ad Treutler. vol. 1. diſp. 28. th. 2. lit. e.* Reſtant quidem adhuc plures inſignes quæſtiones, præſertim ad proceſſum ſpectantes; ſed temporis & inſtituti ratio nos hîc ſilum abrumpere cogit.

Ad Nobilem & Præſtantis. Dn. Reſpondentem
Candidatum.

LECTIO multa tua, eſt ELECTIO facta: ſed illa
Doctorem Juris parturit, iſta parit:
Hoc laudabilius, laticeſ quando eligis iſtos,
E' quibus omne ſuum dat ſtagirita Sophos.
Jura alius tractat Sophia ſine fonte: ſed ille
Sic bibit ut ſitiat: tu bibis ut ſaties.

Singularis amoris ergo F.

M. JOH. CONRADUS DANNHAVER p. l. Prof. Eloq.
in Acad. Argent. publicus.

ULB Halle
006 570 429


3



V017







B.I.G.

Farbkarte #13



...AUGURALIS,
...IONE
...NERE.

1631, 11

M,
præsidio,
...THORITATE
...onsultissimi fCto-
...vetusta & cele-
...corum Uni-
...

Q. JURE honori-
munitatibus Do-
mimè conse-
is,

...am proponit
...RENTIUS Motsch/
...striaus,
...3 1. horâ locoq₃ consuetis.



KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

JACOBI GENATHI.

